UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Polyantheæ Novæ Liber VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER VIII.

## H

## Habitatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HABITATIO, Ius eſt alienas inhabitandi ædes ſalua ędium ſubſtantia. *Fer.inſt.de vſu & habit.* Eſt domus etiam, & locus, quem habitamus.

¶ LOCI BIBLICI.

Habitaculum Dei terra Chanan, *Exod.* 15.13. Habitaculum Dei facti Chriſtiani per Spiritum ſanctum, *Epheſ.* 2.V.22. habitant cõfidentur fideles, *Deut.*33.V.28.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De habitatione anguſta. DIAL. LXIII.
*Franciſci Petrarchæ.*
DOL.

Anguſte habito. R. Anguſta domus ad multa eſt habilis, inter alia contra fures vtilis, de quibus paulo ante querebaris, qui in ea latebras non habent, ſicut ex diuerſo de magna domo recte dicitur, quod dominum fallit, & prodeſt furibus, arctam ſane vel amplam domum pro numero habitantium accipio, tu nunc, vt tibi videris, anguſte habitas. At quanto habitat anguſtius anima tua, quantoq; fœdus inter ſaniem, & cruorem, nec migrare illam inde, ſi fieri poſſit, vnquam velis. D. Arcta domus eſt mihi. R. Domus lutea cœleſtem animum non anguſtat, ſæpe parua domus magnæ gloriæ capax fuit, quum magna interim multæ infamiæ plena eſſet, non format domus animum, ſed ab illo formam accipit, vt læta igitur atque honeſta pauperum tuguria eſſe poſſunt: ſic in fames mæſteque regum arces diuitum palatia. Nulla tam parua domus eſt, quam non amplificet magnanimus habitator, magnoq; hoſpiti præſtet idoneam. D. Parua domus mea eſt. R. Parua Euandri regia magnum cepit Alcidem: modicis ædibus futurus mundi dominus natus eſt Cæſar, paſtorali caſa Romulus ac Remus, tam magnæ vrbis authores educati. Non amplis atriis habitauit Cato, volubili dolio Diogenes, anguſto tugurio Hylarion, imis terræ ſpecubus ſancti viri. In exiguis hortulis magni philoſophi, ſub dio, modicis ſubtentoriis ſummi duces, in ſtupendis palatiis Caius & Nero. Tu cum quibus habitare velis elige. D. Anguſta eſt mihi domus, & humilis, & inculta. R. Muri fures ventoſque ſubmoueant, vtriſque peiora vulgi tædia tecta frigus, æſtum, ſoles, imbres arceant turres areæ volucribus, domus ampla ſuperbiæ, ornata luxuriæ, referta cupidinum, nullum virtus ſpernit habitaculum, niſi vitiis occupatum. D. Peranguſte habito. Vis ne tibi domus omnis ampliſſima videatur, ſepulchrum cogita.

Habitatio ſimul in omnibus his locis eſt ſecundum ſenſum, quorum ſecundum ſenſum eſt vna loci in calido, & frigido, humido, & ſicco, proprietates ex eadem latitudine loci ſenſibilis, & quibus ſenſibiliter & ſecundum tempus, vnus ortus & occaſus. *Alb. Mag.de natur.loc.diſt.c.*10.

Habitatio cuſtodibus ciuitatis communis eſſe debet, & in qua omnibus ſemper aditus pateat. *Plat.de Rep.dial.*3.

## Habitus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HABITVS eſt quædam animi qualitas, acquiſita ex frequentibus actibus, vel ex vno multum vehementi, quo anima faciliter diſponitur ad aliquid faciendum. Differt autem à diſpoſitione, quia habitus eſt de difficili mobilis à ſuo ſubiecto. Diſpoſitio vero de facili mobilis. *ſecund. Ariſt. lib. Prædicamentorum.*

Habitus eſt qualitas de difficili mobilis, qua bene
cum voluerit, reddens operationem delectabilem. B.Th[...]
*art.*2. *& ſic eſt prima ſpecies qualitatis.*

Habitus prout eſt prædicamentum, importat hab[...]
dumenti ad indutum. *B.Thom.*1. *ſecund.quæſt.*49. *art.*[...]

Habitus eſt corporum, & eorum quæ circa corpor[...]
tia, *ſecundum Gilbertum Porretanum lib.*6. *Princip*[...]

Habitus eſt, ſecundum quem ad aliquid nos hab[...]
male. *ſecund.B.Thom.*1. *part.q.*83. *art.*2. *& ſic eſt* [...]

Habitus religionis eſt obſeruantia regularis, [...]
principalia vota, vt ſignum obligationis. *B.Thom.* [...]
*dæ q.*186. *art.*7.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPH[...]

Omnes habitus, quibus vera noſcuntur, ſunt [...]
entia, opinio: & quæ ab illis cognominata ſunt, [...]
vere ab iis percipiuntur. *lib.*1. *demonſtr.c.*26. *T.*4[...]

Omnium qui ratione cernuntur habituum, qu[...]
quid dicere poſſumus: alii ſunt, in quibus perpet[...]
alii in quibus vt falſum dicatur, interdum eueni[...]
ſunt rerum agendarum & faciendarum ratio & op[...]
autem eorum, quæ ſemper vera ſunt, eſt ſcientia, [...]
*lib* 2. *Demon.c.*18. *T.*27.

Sunt quinque, quibus animus verum enuntia[...]
vel negando, ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, inte[...]
nim poteſt, vt falſum ſuſpicione & opinione dica[...]

Habitus fit in anima, & generatio ad naturam p[...]
anima fit quodammodo, quoniam non ita vniform[...]
vt intellectualia, nec ſtabilis vt illa, ſed perman[...]
habet innatam: & ſic, vbi Theophraſtus interroga[...]
nima generatio vel habitus atq; potentiæ, vel e[...]
eſt interrogare, vtrum ſecundum habitum tantum[...]
an etiam ſecundum eſſentiam in anima fiat perma[...]
*Theophraſt.de phantaſia & intellect.c.*1.

Habitum Platonici putant in phantaſia quod[...]
nente reſtare poſt mortem, & in rationem illi con[...]
do quicquam & tunc quidem coacta conſentire, [...]
Peripatetici autem ceſſare compoſito diſſoluto p[...]
*Theol.lib.*18. *c.*10.

Habitus rationem entis magis habent, quam p[...]
*in Plat.Parmenid.c.*46.

Habitus vel ad operationem trahit ſibi conuen[...]
pus conueniens. *Idem in Plat.Phil.lib.*1. *c.*1.

Habitus ſemper pertinet ad aliquod obiectum, [...]
niſi vnius rei tantum: quo fit, vt qui ad vnam non [...]
dum ad alias eſſe non poſſit. *Sebaſt.Foxius in* 6. *Pla*[...]

Habitus animæ intelligentis quinque eſſe d[...]
dentia, intellectus, ſcientia & ſapientia. *Leo Hebr.d*[...]

Habitus, qui ſunt circa diſcurſum, alii ſemper v[...]
ſcipiunt falſum, vt opinio & ratiocinatio, veri a[...]
ſcientia & intellectus. *Idem Poſterior.lib ſecundo* [...]

Habitus, qui ad intelligentiam pertinent, alii [...]
non ſemper, vt opinio & ratiocinatio, veri ſemper [...]
lectus. *The.in* 2. *poſter.c.*3.

Habitus alii naturales, alii non naturales ſunt. [...]
*Ethic.*7. *lib.cap.*37.

## Hæreditas. Hæres

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG[...]

HÆREDITAS, Græce κληρονομία, ας, ἡ, & [...]
redito dicitur. Et eſt ſucceſſio in vniuerſum [...]

[…]buit, vt l. 1. *Nihil de Verb. ſignif.*

[Hæ]res Græce κληρονόμος, ὁ, dicitur. Et eſt ille, qui principalia ali[cuius] bona percipit: non autem qui munuſcula eius capit. *ſecun[dum] B. Thom. ſup. epiſt. Pauli ad Roman. 8. lib. 3. colum. 4.*

[Di]cuntur autem hæreditas & hæredes ab hærendo, hoc eſt, arcte [adhæ]rendo. Nam qui hæres eſt, hæret, hoc eſt, proximus eſt ei, cuius [hæ]res: licet nonnulli hæredem dictum velint, quod herus fiat, [id eſt] dominus bonorum, quæ ad eum perueniunt. Ab *hæres* fit [cohæres], qui ſimul hæres inſtitutus eſt; & *exhæres*, qui extra hæredi[tatem] eſt, & hæreditate priuatur. Vnde fit verbum *exhæredo*, à quo [exhære]datio. Hinc etiam *hæreditarius*, hoc eſt, ad hæreditatem per[tinens]: hæreditarius morbus, qui parentum vitio nobis obtingit: [Hinc] *hæredipeta*, qui blanditiis, muneribus & aliis artibus ſubornat [...]nutos, vt ab eis hæres inſtituatur. *Hæreo* aliquando pro dubito [...], quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur. Cuius [...]tatiuum *hæſito*, *hæſitatio*, dubitatio: *hæſitabundus*, valde du[bitans].

## ¶ Loci Biblici.

[Hæ]reditas Dei populus Iſrael, *Exod.* 15. 16. *Deut.* 4. 20. & 9. 26. & [...] *Reg.* 5. 1. Hæreditas Leuitarum Deus, *Num.* 18. 20. *Deut.* 4. 20. [...] & 18. *Ioſ.* 13. 14. 33. *Ezech.* 44. 28. Hæreditatem diuidere non [vult] Chriſtus inter fratres, *Luc.* 12. 13. 14. de Hæreditate mortui abſ[que] maſculo, *Num.* 27. 1.

[Hæ]res vniuerſorum Chriſtus, *Luc.* 20. 24. *Hebr.* 1. 2.

Hæredis & hæreditatis nomen Græcis & Latinis proprie accipi[tur], [cum ali]cuius hæredem eſſe dicunt; pro, in alicuius bona poſt [mor]tem ſuccedere. Idem, cum ipſam poſſeſſionem hęreditariam ad [...]dem legumum demoliendam declarant. Sed ex Hebræorum [...], hæreditas dicitur, quicquid alicui gratis cedit in poſſeſ[ſionem], à nominatim quidem filii dicuntur hæreditas, quæ patri à [Deo] datur, *Pſalm.* 127. 3. Vnde patet, hæredem eſſe mundi apud Pau[lum], *Rom.* 4. 13. declarare idem quod totum mundum habere pro [...] hac ratione quaſi vniuerſo mũdo potiri. Sic dicitur Chriſtus [...] mundi hæres conſtitutus, *Hebr.* 1. 2. in quo videlicet ipſemet [...] Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, *ibidem*, [...]cimur Dei hæredes correlatiue, *Rom.* 8. 17. quia Dei ſumus hæ[redes] [...] cum Chriſto cum alioqui (vt dictum eſt) Græcis & Latinis [...] hæredem eſſe idem declaret, quod in alicuius bona poſt [mor]tem ſuccedere: Ex qua propria ſignificatione conſequitur hæ[c] [...] vocabulum, *Rom.* 8. 17. accipi pro bonorum patris participe, [...]ſius: Nos eſſe Hæredes, id eſt, bonorum patris participes, id[...] [...]quia filii adoptiui: Alioquin enim viuo patre filius hæ[res] [eſſe] non poteſt. At nunquam moritur pater, cuius cohæredes [ſumus] cum Chriſto. Ex quo efficitur, hæredem ex hæbræorum [...]no dici, qui bonis ſibi conceſſis fruitur.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

[Sal]uum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. [Pſal.] 27.

[Do]minus pars hæreditatis meæ. 15.

[Su]ſtinentes Dominum, ipſi hæreditabunt terram. 36.

[T]u es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. 141.

[Hæ]redes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *Rom.* 8.

[In] quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui [eſt pig]nus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in [laudem] gloriæ ipſius. *Epheſ.* 1.

*Terrena.*

[H]omo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit [hære]ditas: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. [Num.] 27.

Quod & ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus [patris e]ius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, [qui ei] proximi ſunt. *ibid.*

[Bonus re]linquet hæredes filios & nepotes: cuſtoditur iuſto ſub[ſtan]tia peccatoris. *Prou.* 13.

[Hære]ditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo bene[dicti]one carebit. *Prou.* 20.

## ¶ Similitudo.

[...]. Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumſtan[tibus] [...]diuntur: Sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius [vitæ] miniſtri fuiſſent. *lib. 2. epiſt. 78.*

## ¶ Adagia.

[Vbi] vultures, expecta cadauer.

*[Ca]ptatores teſtamentorum & hæredipetæ, vulgata metaphora [vultu]res appellantur, quod ſenibus orbis, ceu cadaueribus inhient.*

## ¶ Emblema.

Opulenti hæreditas.

Emblema CLVIII.

*Patroclum falſe rapiunt hinc Troes in armis.*
*Hinc ſocii, atq; omnis turba Pelaſga vetat.*
*Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer.*
*Hac fabella agitur, cum vir opimus obit.*
*Maxima rixa oritur, tandem ſed tranſigit hæres,*
*Et coruis aliquid, vulturiiſque ſinit.*

# Hæreticus & Hæreſis.

## ¶ Definitio et Etymol.

HÆreticus quid ſit, vide infra in præſenti capitulo authoritates Beatorum Auguſtini & Hieronymi incipientes, *Dixit Apoſtolus, Qui in Eccleſia, & Hæreſis Græce.*

Hæreſis Græca dictio eſt αἵρεσις, εως, ἡ, diciturq; ab electione, quoniam vnuſquiſque eligit ſibi diſciplinam, quam putat eſſe meliorem *ſecundum Hier. in epit. ad Gal. & habetur. 23. p. 3. c.*

Hæreſis. Videtur deduci ab ἐρείδω, quod eſt innitor, & firmo Latine: vel ab αἱρέομαι, quod eſt opto, ſeu eligo.

Hæreſis ratione pertinaciæ, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, ſcilicet impugnatio veritatis. *ſecundum B. Thomam. 4. Sent. diſt. 13. q. 2. art. 2.*

## ¶ Loci Biblici.

Hæreſis, pro ſecta, *Act.* 5. 17. & 15. 5. & 24. 14. Hæreſes oportet eſſe, & quare, 1. *Cor.* 11. 19. *Vide Iudic.* 3. 1.

Hæreſeωn duplex eſt cauſa: Efficiens & Finis. Efficiens duplex. *Prima* & remotior, eſt Dei iuſtiſſima voluntas, qui ſic verbi ſui contemptum vlciſcitur, & ſuos probat. 1. *Cor.* 11. 19. 2. *Theſſ.* 2. 11. *Secunda*, propinquior, hominum ipſorum naturalis tum rebellio, tum cœcitas & ambitio, &c. 1. *Tim.* 2. 8. 2. *Tim.* 3. 2. *Tit.* 1. 16. *Eph.* 4. 14. 1. *Theſſ.* 2. & 3. 4. 5. Finis duplex: Piorum probatio, 1. *Cor.* 11. 19. Impiorum iuſta punitio, qui veritati Dei placide obedire & acquieſcere noluerunt. 2. *Theſſ.* 2. 11. (*Vide* 1. *ad Cor.* 11. 19.) Forma eſt ipſe error: Materia eſt articulus ille, in quo peccatur.

Hæretici cauendi & fugiendi, *Deut.* 13. 1. & *cap.* 18. 20. 1. *Reg.* 18. 20. & c. 2. *Reg.* 10. 15. *Matth.* 7. 15. *Rom.* 16. 17. 2. *Theſſ.* 3. 14. 2. *Tim.* 2. 17. & 3. 5. *Tit.* 3. 10. 2. *Ioan.* 10. Hæretici iam inde à temporibus Apoſtolorum exſtiterunt. 1. *Tim.* 1. 20. 2. *Tim.* 1. 1. 7. 1. *Ioan.* 2. 18. 2. *Ioan.* 7. *Apoc.* 2. 15. Hæreticos futuros etiam noſtris temporibus prædictum eſt, *Matth.* 24. 5. 24. *Iohan.* 5. 43. 1. *Tim.* 4. 1. 2. *Tim.* 3. 12. 2. *Pet.* 2. 1. & 3. *Iudæ* 18. Hæreticorum mores & doctrina, *ibid.* Hæretici male tolerantur à Præfectis, *Apoc.* 2. 14. Hæretici à magiſtratu puniendi, 1. *Tim.* 2. 2.

## Sententiae Biblicae.

*Hæretici Deum offendunt.*

Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reſeruare cruciandos: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. 2. *Pet.* 2.

Nam eiuſmodi pſeudo apoſtoli ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum, ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. 2. *Cor.* 11.

Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Act.* 20.

Fuerunt vero & pſeudo prophetæ & populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negant: ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. 2. *Pet.* 2.

Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur: libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. *Ibidem.*

Propter quod, chariſſimi, hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitramini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. 2. *Pet.* 2.

Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. 1. *Ioan.* 4.

Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris. *Ibid.*

*Factis ſeipſos produnt.*

A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit, *Matth.* 7.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro. *Ioan.* 10.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER VIII.

## H

## Habitatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HABITATIO, Ius eſt alienas inhabitandi ædes ſalua ędium ſubſtantia. *Fer.inſt.de vſu & habit.* Eſt domus etiam, & locus, quem habitamus.

¶ LOCI BIBLICI.

Habitaculum Dei terra Chanan, *Exod.* 15.13. Habitaculum Dei facti Chriſtiani per Spiritum ſanctum, *Epheſ.* 2.v.22. habitant cōfidentur fideles, *Deut.*33.v.28.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De habitatione anguſta. DIAL. LXIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Anguſte habito. R. Anguſta domus ad multa eſt habilis, inter alia contra fures vtilis, de quibus paulo ante querebaris, qui in ea latebras non habent, ſicut ex diuerſo de magna domo recte dicitur, quod dominum fallit, & prodeſt furibus, arctam ſane vel amplam domum pro numero habitantium accipio, tu nunc, vt tibi videris, anguſte habitas. At quanto habitat anguſtius anima tua, quantoq; fœdus inter ſaniem, & cruorem, nec migrare illam inde, ſi fieri poſſit, vnquam velis. D. Arcta domus eſt mihi. R. Domus lutea cœleſtem animum non anguſtat, ſæpe parua domus magnæ gloriæ capax fuit, quum magna interim multæ infamiæ plena eſſet, non format domus animum, ſed ab illo formam accipit, vt læta igitur atque honeſta pauperum tuguria eſſe poſſunt: ſic in fames mæſteque regum arces diuitum palatia. Nulla tam parua domus eſt, quam non amplificet magnanimus habitator, magnoq; hoſpiti præſtet idoneam. D. Parua domus mea eſt. R. Parua Euandri regia magnum cepit Alcidem: modicis ædibus futurus mundi dominus natus eſt Cæſar, paſtorali caſa Romulus ac Remus, tam magnæ vrbis authores educati. Non amplis atriis habitauit Cato, volubili dolio Diogenes, anguſto tugurio Hylarion, imis terræ ſpecubus ſancti viri. In exiguis hortulis magni philoſophi, ſub dio, modicis ſubtentoriis ſummi duces, in ſtupendis palatiis Caius & Nero. Tu cum quibus habitare velis elige. D. Anguſta eſt mihi domus, & humilis, & inculta. R. Muri fures ventoſque ſubmoueant, vtriſque peiora vulgi tædia tecta frigus, æſtum, ſoles, imbres arceant turres areæ volucribus, domus ampla ſuperbiæ, ornata luxuriæ, referta cupidinum, nullum virtus ſpernit habitaculum, niſi vitiis occupatum. D. Peranguſte habito. Vis ne tibi domus omnis ampliſſima videatur, ſepulchrum cogita.

Habitatio ſimul in omnibus his locis eſt ſecundum ſenſum, quorum ſecundum ſenſum eſt vna loci in calido, & frigido, humido, & ſicco, proprietates ex eadem latitudine loci ſenſibilis, & quibus ſenſibiliter & ſecundum tempus, vnus ortus & occaſus. *Alb. Mag.de natur.loc.diſt.c.*10.

Habitatio cuſtodibus ciuitatis communis eſſe debet, & in qua omnibus ſemper aditus pateat. *Plat.de Rep.dial.*3.

## Habitus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HABITVS eſt quædam animi qualitas, acquiſita ex frequentibus actibus, vel ex vno multum vehementi, quo anima faciliter diſponitur ad aliquid faciendum. Differt autem à diſpoſitione, quia habitus eſt de difficili mobilis à ſuo ſubiecto. Diſpoſitio vero de facili mobilis. *ſecund. Ariſt.lib.Prædicamentorum.*

Habitus eſt qualitas de difficili mobilis, qua ... cum voluerit, reddens operationem delectabilem ... *art.*2. *& ſic eſt prima ſpecies qualitatis.*

Habitus prout eſt prædicamentum, importat ... dumenti ad indutum. *B.Thom.*1.*ſecund.quæſt.*49.*art.* ...

Habitus eſt corporum, & eorum quæ circa corpor... tia, *ſecundum Gilbertum Porretanum lib.*6.*Princip...*

Habitus eſt, ſecundum quem ad aliquid nos habem... male. *ſecund.B.Thom.*1.*part.q.*83.*art.*2. *& ſic eſt ...*

Habitus religionis eſt obſeruantia regularis, ... principalia vota, vt ſignum obligationis. *B.Thom. ... dæ q.*186.*art.*7.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPH...

Omnes habitus, quibus vera noſcuntur, ſunt ... entia, opinio: & quæ ab illis cognominata ſunt, ... vere ab iis percipiuntur. *lib.*1.*demonſtr.c.*26.*T.*41.

Omnium qui ratione cernuntur habituum, ... quid dicere poſſumus: alii ſunt, in quibus perpetu... alii in quibus vt falſum dicatur, interdum euen... ſunt rerum agendarum & faciendarum ratio & ... autem eorum, quæ ſemper vera ſunt, eſt ſcientia, ... *lib.*2.*Demon.c.*18.*T.*27.

Sunt quinque, quibus animus verum enuntia... vel negando, ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, intel... nim poteſt, vt falſum ſuſpicione & opinione dicatu...

Habitus fit in anima, & generatio ad naturam ... anima fit quodammodo, quoniam non ita vniform... vt intellectualia, nec ſtabilis vt illa, ſed permane... habet innatam: & ſic, vbi Theophraſtus interroga... nima generatio vel habitus atq; potentiæ, vel ... eſt interrogare, vtrum ſecundum habitum tantum ... an etiam ſecundum eſſentiam in anima fiat perman... *Theophraſt. de phantaſia & intellect.c.*1.

Habitum Platonici putant in phantaſia quod... nente reſtare poſt mortem, & in rationem illi ... do quicquam & tunc quidem coacta conſenſerit, ... Peripatetici autem ceſſare compoſito diſſoluto ... *Theol.lib.*18.*c.*10.

Habitus rationem entis magis habent, quam ... *in Plat.Parmenid.c.*46.

Habitus vel ad operationem trabit ſibi conuenien... pus conueniens. *Idem in Plat.Phil.lib.*1.*c.*1.

Habitus ſemper pertinet ad aliquod obiectum, ... niſi vnius rei tantum: quo fit, vt qui ad vnam non ... dum ad alias eſſe non poſſit. *Sebaſt.Foxius in* 6. *Plat.* ...

Habitus animæ intelligentis quinque eſſe dic... dentia, intellectus, ſcientia & ſapientia. *Leo Hebr.* ...

Habitus, qui ſunt circa diſcurſum, alii ſemper ve... ſcipiunt falſum, vt opinio & ratiocinatio, veri autem ... ſcientia & intellectus. *Idem Poſterior.lib.ſecund.* ...

Habitus, qui ad intelligentiam pertinent, alii ſemper ... non ſemper, vt opinio & ratiocinatio, veri ſemper ... lectus. *The.in* 2.*poſter.c.*3.

Habitus alii naturales, alii non naturales ſunt. ... *Ethic.*7.*lib.cap.*37.

## Hæreditas. Hæres

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

HÆREDITAS, Græce κληρονομία, ... redito dicitur. Et eſt ſucceſſio in vniuerſum ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...buit. vt l.1. *Nihil de verb. ſignif.*
...Græce κληρονόμος, ὁ, dicitur. Et eſt ille, qui principalia ali... bona percipit: non autem qui munuſcula eius capit. *ſecun... B. Thom ſup. epiſt. Pauli ad Roman. 8. lib. 3. colum. 4.*
...untur autem hæreditas & hæredes ab hærendo, hoc eſt, arcte ...endo. Nam qui hæres eſt, hæret, hoc eſt, proximus eſt ei, cuius ...: licet nonnulli hæredem dictum velint, quod herus fiat, ... dominus bonorum, quæ ad eum perueniunt. Ab *hæres* fit ... qui ſimul hæres inſtitutus eſt; & *exhæres*, qui extra hæredi... & hæreditate priuatur. Vnde fit verbum *exhæredo*, à quo ...latio. Hinc etiam *hæreditarius*, hoc eſt, ad hæreditatem per... hæreditarius morbus, qui parentum vitio nobis obtingit: ... *hæredipeta*, qui blanditiis, muneribus & aliis artibus ſubornat ...ros, vt ab eis hæres inſtituatur. *Hæreo* aliquando pro dubito ..., quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur. Cuius ...atiuum *hæſito, hæſitatio*, dubitatio: *hæſitabundus*, valde du-

¶ Loci Biblici.

...ditas Dei populus Iſrael, *Exod.* 15.16. *Deut.* 4.20. *&* 9.26. *&* ... *Reg.* 5.1. Hæreditas Leuitarum Deus, *Num.* 18.20. *Deut.* 4.20. ... *& 18. Ioſ.* 13.14.33. *Ezech.* 44.28. Hæreditatem diuidere non ... Chriſtus inter fratres, *Luc.* 12.13.14. de Hæreditate mortui abſ... maſculo, *Num.* 27.1.

...res vniuerſorum Chriſtus, *Luc.* 20.24. *Hebr.* 1.2.

Hæredis & hæreditatis nomen Græcis & Latinis proprie accipi... eum alicuius hæredem eſſe dicunt; pro, in alicuius bona poſt ... ſuccedere. Idem, cum ipſam poſſeſſionem hereditariam ad ... legitimum demoliendam declarant. Sed ex Hebræorum ..., hæreditas dicitur, quicquid alicui gratis cedit in poſſeſ... , a nominatim quidem filii dicuntur hæreditas, quæ patri à ... datur, *Pſalm.* 127.3. Vnde patet, hæredem eſſe mundi apud Pau... *Rom.* 4.13. declarare idem quod totum mundum habere pro ... hac ratione quaſi vniuerſo mũdo potiri. Sic dicitur Chriſtus ... mundi hæres conſtitutus, *Hebr.* 1.2. in quo videlicet ipſemet ... Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, *ibidem*, ... Dei hæredes correlatiue, *Rom.* 8.17. quia Dei ſumus hæ... cum Chriſto cum alioqui (vt dictum eſt) Græcis & Latinis ... hæredem eſſe idem declaret, quod in alicuius bona poſt ... ſuccedere: Ex qua propria ſignificatione conſequitur hæ... vocabulum, *Rom.* 8.17. accipi pro bonorum patris participe, ...: Nos eſſe Hæredes, id eſt, bonorum patris participes, id..., quia filii adoptiui: Alioquin enim viuo patre filius hæ... non poteſt. At nunquam moritur pater, cuius cohæredes ... cum Chriſto. Ex quo efficitur, hæredem ex hæbræorum ... Dei, qui bonis ſibi conceſſis fruitur.

¶ Sententiæ Biblicæ.

... fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. ...27.

... pars hæreditatis meæ. 15.

... Dominum, ipſi hæreditabunt terram. 36.

... ſpes mea, portio mea in terra viuentium. 141.

...des quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *Rom.* 8.

... & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui ... hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in ... gloriæ ipſius. *Epheſ.* 1.

*Terrena.*

... cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit ...: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. ...27.

... & ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus .... Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, ... proximi ſunt. *ibid.*

... relinquet hæredes filios & nepotes: cuſtoditur iuſto ſub... peccatoris. *Prou.* 13.

Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo bene... carebit. *Prou.* 20.

¶ Similitudo.

... Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumſtan... dantur: Sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius ... miniſtri fuiſſent. *lib. 2. epiſt. 78.*

¶ Adagia.

... vultures, expecta cadauer.

*... teſtamentorum & hæredipetæ, vulgata metaphora ... appellantur, quod ſenibus orbis, ceu cadaueribus inhient.*

¶ Emblema.

Opulenti hæreditas.

Emblema clviii.

*Patroclum falſo rapiunt hinc Troes in armis,*
*Hinc ſocii, atq; omnis turba Pelaſga vetat.*
*Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer.*
*Hæc fabella agitur, cum vir opimus obit.*
*Maxima rixa oritur; tandem ſed tranſigit hæres,*
*Et coruis aliquid, vulturiiſque ſinit.*

# Hæreticus & Hæreſis.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

HÆreticus quid ſit, vide infra in præſenti capitulo authoritates Beatorum Auguſtini & Hieronymi incipientes, *Dixit Apoſtolus, Qui in Eccleſia, & Hæreſis Græce.*

Hæreſis Græca dictio eſt αἵρεσις, ιος, ἡ, diciturq; ab electione, quoniam vnuſquiſque eligit ſibi diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. *ſecundum Hier. in epit. ad Gal. & habetur. 23. p. 3. c.*

Hæreſis. Videtur deduci ab ἐρείδω, quod eſt innitor, & firmo Latine: vel ab αἱρέομαι, quod eſt opto, ſeu eligo.

Hæreſis ratione pertinaciæ, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, ſcilicet impugnatio veritatis. *ſecundum B. Thomam. 4. Sent. diſt. 13. q. 2. art. 2.*

¶ Loci Biblici.

Hæreſis, pro ſecta, *Act.* 5.17. *&* 15.5. *&* 24.14. Hæreſes oportet eſſe, & quare, 1. *Cor.* 11.19. *Vide Iudic.* 3.1.

Hæreſeωn duplex eſt cauſa: Efficiens & Finis. Efficiens duplex. *Prima* & remotior, eſt Dei iuſtiſſima voluntas, qui ſic verbi ſui contemptum vlciſcitur, & ſuos probat. 1. *Cor.* 11.19. 2. *Theſſ.* 2.11. *Secunda*, propinquior, hominum ipſorum naturalis tum rebellio, tum cœcitas & ambitio, &c. 1. *Tim.* 2.8. 2. *Tim.* 3.2. *Tit.* 1.16. *Eph.* 4.14. 1. *Theſſ.* 2. & 3.4.5. Finis duplex: Piorum probatio, 1. *Cor.* 11.19. Impiorum iuſta punitio, qui veritati Dei placide obedire & acquieſcere noluerunt. 2. *Theſſ.* 2.11. (*Vide* 1. *ad Cor.* 11.19.) Forma eſt ipſe error: Materia eſt articulus ille, in quo peccatur.

Hæretici cauendi & fugiendi, *Deut.* 13.1. *& cap.* 18.20. 1. *Reg.* 18.20. *&c.* 2. *Reg.* 10.15. *Matth.* 7.15. *Rom.* 16.17. 2. *Theſſ.* 3.14. 2. *Tim.* 2.17. *&* 3.5. *Tit.* 3.10. 2. *Ioan.* 10. Hæretici iam inde à temporibus Apoſtolorum exſtiterunt. 1. *Tim.* 1.20. 2. *Tim.* 1.1.7. 1. *Ioan.* 2.18. 2. *Ioan.* 7. *Apoc.* 2.15. Hæreticos futuros etiam noſtris temporibus prædictum eſt, *Matth.* 24.5.24. *Iohan.* 5.43. 1. *Tim.* 4.1. 2. *Tim.* 3.12. 2. *Pet.* 2.1. *&* 3. *Iudæ* 18. Hæreticorum mores & doctrina, *ibid.* Hæretici male tolerantur à Præfectis, *Apoc.* 2.14. Hæretici à magiſtratu puniendi, 1. *Tim.* 2.2.

¶ Sententiae Biblicae.

*Hæretici Deum offendunt.*

Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reſeruare cruciandos: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. 2. *Pet.* 2.

Nam eiuſmodi pſeudo apoſtoli ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum, ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. 2. *Cor.* 11.

Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Act.* 20.

Fuerunt vero & pſeudo prophetæ & populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negant: ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. 2. *Pet.* 2.

Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur: libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. *Ibidem.*

Propter quod, chariſſimi, hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitramini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. 2. *Pet.* 2.

Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. 1. *Ioan.* 4.

Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris. *Ibid.*

*Factis ſeipſos produnt.*

A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit, *Matth.* 7.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro. *Ioan.* 10.

Hoc autem ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis, quam Dei habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. 2. *Tim.* 3.

*Hæretici ſolerter vitandi.*

Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt & delinquit cum ſit proprio iudicio condemnatus. *Tit.* 3.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. 2. *Ioan.* 1.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Adferunt hæretici immenſam apocryphorum librorum & ſcripturarum notharum multitudinem; vt ſtupefaciant amentes & ignaros verarum literarum. *Iren.* 1. *c.* 17.

Veritati non credentes in mendacio voluntatis perdiderunt panem veræ vitæ, in vacuum & profundum vmbræ incidentes, ſimiles Æſopi cani, qui panem quidem reliquit, in vmbram autem huius impetum fecit, & perdidit eſcam. *Idem lib.* 2. *cap.* 12.

Quum ex Scripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum Scripturarum, quaſi non recte habeant, neque ſint ex authoritate: & quia varie ſint dictæ: & quia non poſſit inueniri veritas ab his, qui neſciant traditionem. *Idem libro tertio capit.* 2.

Aufer hæreticis, quæ cum ethnicis ſapiunt, vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. *Tertullianus de reſurrect. carn.*

Hæreticorum voces ſi adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis eſt, vbi vera fidei prædicatio, melius ipſa veritas ex falſorum comparatione fulgebit. Si enim opponam dicta cuiuslibet hæretici, & hæc ſermonibus varietatis, ac Scripturarum diuinarum teſtimoniis veluti diuini altaris igne confutem, nonne euidentior eorum ex ipſa comparatione apparebit impietas? *Origen. hom.* 9. *in Num.*

Ad nos ſæpe ſtudio magis contradicendi, quam voto diſcendi veniunt, & clamoſis vocibus perſonantes malunt ſua impudenter ingerere, quam noſtra patienter audire. *Cyprianus contra Demetrium.*

Ab his, ſi fieri poteſt, humanitatis iure poſtulamus, vt non prius damnent, quam vniuerſa cognouerint. Sed noui hominum pertinaciam, nunquam impetrabimus. Timent enim, ne à nobis reuicti, manus dare aliquando, clamante ipſa veritate, cogantur. Obſtrepunt igitur, & intercedunt, ne audiant, & oculos ſuos opprimunt, ne lumen videant, quod offerimus. *Lactantius inſtitut. lib.* 5. *cap.* 1.

Hæretici non tam vitam honeſtam, mores ſanctos, & benignam erga egenos miſericordiam, quam ſi quis contentioſe diſſereret, & ſyllogiſmis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. *Sozomen. apud Niceph. l.* 11. *c.* 11.

Hæreticus eſt, qui pro alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur. *Auguſt. de definition.*

Hæreticus eſt, qui conceptam noui erroris perfidiam pertinaciter defendit. *Idem ibid.*

Schiſma eſt eadem opinantem, atq; eodem ritu colentem, quo cæteri ſolo aggregationis delectari deſiderio. Hæreſis vero diuiſa opinatur ab his, quæ Catholica credit Eccleſia. *Contra Fauſtum.*

Quando animoſitatem, qua tenentur, vicerint hæretici, tunc veritatem potuerunt tenere, qua vincuntur. *Idem contra Iulian.*

Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis ab oui repellenda eſt, ne tota domus, maſſa & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. *Idem Hieron.*

De intelligentia, hæreſis non de ſcriptura eſt ſenſus, & non ſermo ſit crimen. *Hilar. lib.* 2. *de Trinit.*

Plus longe nocet falſus catholicus, quam ſi verus appareat hæreticus. *Bern. ſup. Cant.*

Sicut cauendi ſunt, qui habent ſpeciem bonæ vitæ propter dogma nequitiæ: ſic & hi, qui integræ fidei & doctrinæ ſunt, & turpiter viuunt. *Chryſ. ſuper Matth.*

Schiſma eſt error pertinax, catholicam pacem in ſingulari perturbans Eccleſia. *Hugo.*

Non dubito, catechumenum catholicum diuina charitate flagrantem hæretico baptizato anteponere. *Aug. in lib. de Bapt. & hab. de Conſ. diſt.* 4. *can. Non dubito.*

Prima quidem (inquit) hæreſis in diſcipulis Chriſti velut a duritia eius ſermonis facta eſt: cum enim diceret. Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit vitam æternam. Illi vero non intelligentes: dixerunt ad inuicem: Durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt manducare? *Idem in expoſition. Pſalm.* 4. *& habetur de Conſ. diſt.* 2. *cap. Prima quidem hæreſis.*

Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: qu
fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta
mittant: quia ſimiliter vbi charitas non eſt, non
tia. Dilectio enim proximi malum non operatur,
retici haberent, non dilaniarent corpus Chriſti,
catholica. Ideo diuina prouidentia multos diuerſ
eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea, quæ neſ
tiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas capiamus
ſtolus ait: Vt probati manifeſti fiant. Hi autem à De
qui bene poſſunt docere. *Idem, & habetur* 24. *q.* 1.

Dixit Apoſtolus; Hæreticum hominem poſt pr
dam correptionem deuita: quia ſubuerſus eſt h
cat in ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiam ſuam
ſam atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate d
ſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pep
ductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperu
tem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati
nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. *Idem &*
*q.* 3. *Dixit.*

Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, pra
ſapiunt, ſi correcti, vt ſanum rectumque ſapiant,
maciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata em
ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. *Idem contra M*
*het.* 24. *q.* 3. *Qui in Eccleſia.*

Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiori ac leg
vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius
illud Hieronymi, quo Eccleſia negatur aliquem pe
intelligendum, vt generaliter Eccleſia nullum pe
quod nullum iniuſtè perſequatur. Non enim om
pabilis eſt, ſed rationabiliter hæreticos perſequitur,
ſtus perſecutus eſt eos, quos de templo expulit. *Idem*
*Manichæos.*

Hæreſis Græce ab electione dicitur, quod
vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat
Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit,
ritus ſancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab Eccleſi
ſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, & de car
eligens quæ peiora ſunt. *Hieronym. in epiſtol. ad Gal*
24. *q.* 3. *Hæreſis.*

Omnis iniquitas, & oppreſſio, & iniuſtitia iudici
eſt, Et licet gladio non occidas, voluntate tamen
*Eſa. & habet. de pænitent. diſt.* 1. *Omnis iniquitas.*

Quid autem iniquius eſt, quam impia ſapere, &
doctoribuſque non credere? Sed in hanc inſipienti
cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impedi
non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas literas,
gelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt: &
erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerun
*habet.* 24. *q.* 3. *Quid autem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Polycarpus martyr* aliquando Macioni obuiam
oratus, vt eum agnoſcere vellet: Agnoſco, inquit,
Satanæ. Tanta tunc Apoſtoli atque eorum diſcipuli
cautela vtebantur, vt ne verbi quidem communion
eorum, qui à veritate declinauerant, habere pat
*Euſeb. l.* 4. *Eccleſ. hiſt. c.* 14.

*Idem*, ſi forte impia dogmata audiret, aures
nuo exclamabat: O bone Deus! in quæ me tempo
vt hæc patiar? atque ex eo loco, quo vel ſedens,
diuiſſet, exemplo plane aufugiebat. *Euſebius libro*
*cap.* 19.

*Alexander Epiſcopus Alexandr.* Par eſt (inqu
qui ſumus Chriſtiani, omnes, qui contra Chr
tur, animoque ſunt ab eo alienato, tanquam De
ruptores animarum deuitemus, &c. *Socrat. hiſt*
*mo. capite* 3.

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*: Sicut membrum à corpore præciſum
poteſt, neque ramus arboris viridis eſſe: Sic & om
præciſi à corpore vnius Eccleſiæ, nec vitam Chr
poſſunt, nec viriditatem gratiæ ſpiritualis, ſed eſt
deſerta. *In* 23. *Matth. hom.* 46.

*Sicut ſerpentes* varii in corpore: ſic hæretici va
bus. Serpens ſuper ventrem graditur: ita hæretici
vanæ gloriæ omnia faciunt. Terram manducat ſerpens
lucrantur, qui in terra ſunt, id eſt, carnales. Non ſolum
pentes, ſed & viperæ, quarum natura eſt, vt rump
ra matrum naſcantur: Sic authores hæreſium, rump
matris Eccleſiæ, proceſſerunt ad principatum.
*Matth.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quemadmodum* ſi rex in bello victus, atque fugatus ab alio re- ..eret indumentum regis illius victoris, & in parte ſua erigat ..ſignum ſigno regis illius, vt ille populus victoris ſchema ſui ..ſpiciens, & ſignum partis ipſius, dum putat ſe ad proprium ..re regem, incurrat in manus aduerſarii ſui: Sic & Diabolus ..mat miniſtros ſuos ſub nomine Chriſti, vt volentes homines ..Chriſtum, ſimilitudine nominis tenebricati ad Diabolum ... *In 24. Matth hom.* 48.

*..ut omnis mulier*, quamdiu non admonetur à malis homi- ..s, non bene cognoſcitur, vtrum ſit caſta: ſi vero admonita ..tiam vel fidem viro ſeruauerit, tunc merito caſta laudatur: ..Eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi Antichriſti venerint ad ... *In Matth. 24. hom.* 48.

*..cut* quum domus incendio comprehenditur, omnes latrones ..urgunt, quærentes vnuſquiſque quod rapiat: Sic quando ca- ..ecialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicum Chri- ..rum fieri cœperit, omnes dæmones ſpirituales latrones in- ..erunt, per ſuos miniſtros quærentes vnuſquiſque quem per- ... *In Matth. 24. hom.* 48.

*..mo circa* mortem phantaſias videt: Sic & mundus in exitu ..ultos patietur errores. *In Matth. hom.* 48.

*..i ſunt* igitur, qui nos vt contentioſos damnant, eo quod cum ..is habemus diſſidium, dictitantque, nullum eſſe diſcrimen ..nos & illos, ſed ex principatus ambitu proficiſci diſcordiam? ..ant, quid dicat Paulus. Nimirum illos ſubuertiſſe Euangelium, ..paululum quippiam rerum nouarum inuexerant. Iſti vero non ..pliciter puſillum, qui filium Dei prædicant eſſe creaturam, ſed ..quod eſt omnium maximum, immutant. An non audiuiſti, quod ..qui veteri quoque Teſtamento ſabbatho ligna collegerat, vni- ..mandatum nec id maximum tranſgreſſus, extremo affectus ..ſupplicio? Quodque Oza, qui arcam alioqui ſubuertendam ..e veſtigio mortuus eſt eo quod miniſterium ipſi non con- ..uſurpauit? Ergo ne ſabbatum violatum, & ſolus arcæ rui- ..contactus, tantam indignationem prouocauit, vt qui hæc auſi ..ne minimum quidem veniæ ſint conſequuti: hic vero, qui ..& ineffabilia dogmata corrumpit, excuſationem habi- .., & veniam conſequetur? Non poteſt hoc fieri, non po- .., nunquam. Hoc ipſum igitur eſt omnium malorum cauſa, ..od ob puſilla non indignamur. Ob id enim maiora ſcelera ..erant, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et ..emadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt, febres .., & putrefactiones, ac mortem denique: Itidem & in .., qui puſilla diſſimulant, ad maiora inuitant. *In epiſt. ad Galat. cap.* 1.

*Quod* accidit ægrotantibus, dum ſalubribus cibis offenduntur, ..idem vſu venit Marcioniſtis. Arripuerunt enim, quæ dicta ſunt .., ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipſe dixit, non eſſe aliud E- ..gelium, *Ad Galat.*

*Quemadmodum* illud eſt grauiſſimum in mente captis, & at- .., quod quum ægrotent, nec hoc ipſum ſentiant ſe eſſe ægro- ..ſic & Iudæi, nunc quũ ſint ebrii, non ſentiunt tamen morbum ... *Contra Iudæos, orat.* 5.

*Nos ne* remitamus pro fratribus noſtris ſollicitudinem, ne- ..poſthac exiſtimemus vllam illorum rem eſſe importunam: ..quemadmodum faciunt milites, vbi commiſſo prælio ver- ..in fugam aduerſarios: ab inſectatione redeuntes, non ..currunt ad tabernacula, ſed prius ad conflictus locum .., tollunt eos, qui ex ipſorum numero cæſi ſunt, ac vi- ..quidem defunctos terra occulunt. Cæterum ſi quos vi- ..inter mortuos ſpirantes adhuc, nec lethale vulnus ha- .., iis in tentoria ſublatis, multam adhibent curationem. ..otelo, accerſitis medicis, abſterſo ſanguine, pharmacis .., reliquaque omni curatione admota ad ſanitatem ..Et nos igitur, quoniam opitulante Dei gratia, Iu- ..perſequuti ſumus, armatis aduerſus illos vndequaque .., reuerſi ad nos videamus, num qui fratrum noſtro- ..ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti ſint, num qui ..feſto communicarint: ac neminem quidem tradamus ſe- .., ſed potius ſublatos omnes curemus. *Contra Iudæos o-* ..

*In externis* quidem hoſtibus qui ſemel conciderit, animam ..rit, fieri non poteſt, vt miles eum recuperet, & ad vitam .. Cæterum in hoc bello prælioque etiam ſi quis læthale ..acceperit: fieri poteſt, vt auxiliante nobis Dei gratia, cum ..reuocamus. Non enim hæc naturæ mors eſt, quemadmo- .., ſed voluntatis ac propoſiti. Voluntatem autem mor- ..licet denuo ſuſcitare, animæque morti datæ perſuadere li- .., vt ad ſuam vitam redeat, ſuumque dominum agnoſcat. *Contra Iudæos, orat.* 5.

*Sed quod dicebam* (nam oportet ad id quod propoſitum erat, ..) ſatis vobis ex his demonſtrauit ratio, quod non opor- ..fratres lapſos negligere, neque contemnere, verum proſpi- ..quidem illis ante peccatum, cæterum etiam poſt peccatum ..erga illos præſtare curam. Itidem faciunt & medici: ..ſcribunt enim ac præcipiunt hominibus quæ poſſunt illo- rum ſanitatem tueri, omnemque morbum excludere, cæte- rum vbi neglexerint præſcripta, & in valetudinem aduerſam inciderint, non negligunt eos ipſi, ſed tum maxime multam adhibent ſollicitudinem, quo illos morbo leuent. *Contra Iudæoo orat.* 5.

*Tu quam* videris aliquem egentem curatione vel corporis vel, animi, ne dicito apud teipſum; Quare ille & ille non curauerunt? ſed à morbo libera. Ne petas ab illis excuſationes negligentiæ. *Contra Iudæos, orat.* 5.

*Si inueneris* aurem iacens, non dicis apud teipſum, Quare ille aut ille hoc non ſuſtulerunt? ſed feſtinas ante alios rapere. Item & de fratribus collapſis cogita, putatoque te theſaurum reperiſſe, occaſionem illis medendi. Etenim ſi inſtillaueris illi velut oleum ſermonis doctrinam, ſi obligaueris humanitate temperantiaque, vulneratum, ſi ſanaueris, ille te faciet ditiorem quouis theſauro. Quod enim eduxerit pretioſum ex indignitate, tanquam os meum erit, inquit ille. *ibidem.*

*Iranei Epiſcopi.* Quomodo ſi quis regis imaginem bonam, fabricatam diligenter, & ex gemmis pretioſis à ſapiente artifice ſoluens, ſubiacentem hominis figuram transferat gemmas illas: reformans faciat ex his formam canis vel vulpeculæ, & hanc male diſpoſitam conformet, & dicat, hanc eſſe regis illam imaginem bonam quam ſapiens artifex fabricauit, omneis gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine compoſitæ erant, malè vero à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarum phantaſiam decipiant idiotas, qui comprehenſionem regalis formæ non habeant, & ſuadeant, quoniam hæc turpis vulpeculæ figura illa eſt bona regis imago: Eodem modo & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde & ſermones & dictiones & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei, *Libro primo, capite* 1. *contra Valentinianum.*

*Vnde* oportebat & te & omnes, qui intendunt hic ſcripturæ & ſolliciti ſunt pro ſua ſalute, non cum audiunt forinſecus eorum ſermones ſponte ſuccumbere: ſimilia enim loquentes fidelibus, ſicut prædiximus. non ſolum diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena blaſphemiis, per quæ interficiunt eos, qui per ſimilitudinem verborum, inque mille affectiones eorum in ſe attrahunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dans pro lacte, ſeducat per ſimilitudinem coloris: ſicut quidam dixit ſuperior nobis, de omnibus, qui quolibet modo deprauant, quæ ſunt Dei, & adulterant veritatem Dei. Lacte gypſum male miſcetur. *Libro tertio, capite* 19.

*Hæretici alienum* ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas à cœleſti igne comburentur, quemadmodum Nadab & Abihu. Qui vero exſurgunt contra veritatem, & alteros abhortantur aduerſus Eccleſiam, remanent apud inferos voragine terræ abſorpti, quemadmodum circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Hieroboam pœnam percipiunt à Deo. *Libro quarto contra hæret.*

*Quemadmodum* in palæſtra inſueti concertantes aliis vnamquamlibet partem corporis, telis ſiue totis complectentes manibus per illud, quod detinet, cadunt: & cadentes putant ſe vincere, eo quod contentioſe teneant illud, quod primum apprehenderunt membrum, ſuper hoc autem quod ceciderunt, & deriſui habentur: Sic autem & hæretici caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, duas dictiones tollentes à Paulo, neque ſenſum Apoſtoli perſpexerunt, neque virtutem dictionum ſcrutati ſunt. Inde autem ipſas dictiones tenentes circa ipſas moriuntur vniuerſam diſpenſationem Dei, quantum in ipſis, euertentes. *Lib.* 5. *contra Valentinianum.*

*Qui relinquunt* præconium Eccleſiæ, imperitiam ſanctorum presbyterorum arguunt, non contemplantes, quanto pluris ſit idiota religioſus à blaſphemo & impudente Sophiſta. Tales ſunt autem omnes hæretici: & qui ſe plus aliquid præter veritatem inuenire putant, ſequentes ea, quæ prælecta ſunt, varie & multiformiter, & imbecille facientes iter, de iiſdem non ſemper eaſdem ſententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur, iuſte cadent in ſublatentem foueam, ſemper quærentes, & nunquam verum inuenientes. *ibidem.*

*Theodoreti Epiſcopi*, Mel omnibus hominibus dulce eſſe videtur, etiamſi cum nullo conferatur: ſed dulcius eſſe apparet, ſi amara aliqua qualitas iuxta ipſum ſtatuatur. Et ſanitatem valde diligendam omnes exiſtimant: ſed poſt morbum multo magis complectendam ſtatuunt. Iam vero tranquillitas quoque eſt poſt tempeſtatem gratior. Ita etiam veritatem, quicunque ſapiunt, rem ſedulo comparandam & diligenter retinendam intelligunt; eam tamen ſplendidiorem & diuiniorem reddit, ſi cum eo conferatur & examinetur, quod falſum eſt. Quoniam ergo falſi turpitudinem & ignominiam oſtendimus, & hæreticas fabulas aperuimus, & planum factum eſt quam ſint impiæ, iniucundæ, & minime probabiles: age cum his doctrinam Euangelicam conferentes, oſtendamus, quid inter ſe differant lux & tenebræ, & morbus moleſtiſſimus & difficilimus.

ſimus. *In Epitome diuinorum decretorum, in proœm. fol. 365.*

*Syneſius*: Melius eſt confidere in Deo, quam in homine. Sed tamen audio gregales ex impientiſſima Eunomii ſub nomine Quintiani, eiuſque in exercitu famigeratam potentiam iterum adulterare Eccleſiam Dei, quoſdam falſos magiſtratos laqueum intentare ſimplicioribus animis: Quos nuper Quintiani emiſſarii ſecum ducentes, ad hoc ipſum abnauigauerunt. Nam iudicium litemque ſimulant ſe de impietate inſtituere, cum reuera pietatem in contentionem & periculum ſint vocaturi. Iſti igitur degeneras ſacerdotes, iſti nouitii Apoſtoli, & Diaboli, & Quintiani, videte, ne ignaris vobis in gregem, quem paſcitis, inſiliant, neue clam vobis tritico zizaniam adſeminent. Nota ſunt omnibus illorum refugia. Scitis qui pagi illos excipiant, quæue domus latronibus pateant. Fures ſagaciter inſectemini, æmulatores ſitis benedictionis, qua benedixit Moyſes, qui contra eos, qui in caſtris peccauerant, & animum & manum exercuerunt. Id autem operæ pretium eſt, vt dicam, fratres, bona bene fiant, concertatio quæſtus lucrandique amoueatur. Omnia propter Deum agantur. Non decet eumdem virtutis & vitii eſſe ſcopum: pro pietate hoc curriculum pro animabus contendendum, ne aliquas ab Eccleſia deprædentur, vt ſolent, & vt iam ſæpius factum eſt. *In epiſt. ad Presbyt. col. 365.*

*Epiphanius*. Et ſic Bardeſianus per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem ſectæ ſuæ incidit, factas inſtar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & aliis, qui conſcenderunt nauem, mortem induxit. Corrumpitur enim hic per Valentinianos: & ex ipſorum improbitate, venenum & zizania horum haurit. *lib ſecundo, Thom. 2. fol. 225.*

*Sicut ſi* quis videat aliquem natantem in aqua: & ignorans natandi experientiam, ſeipſum det aquis, & ſubmergatur, quum non expertus ſit, neq; certo ſciat ſcientiam eorum, qui per manus & pedes ſibi ipſi ſalutem ſuppeditant, ſed ſimpliciter putet aquam geſtare hominem citra manuum adminiculum. Aut ſicut ſi quis audiret ducem ſupplicio affeciſſe eos, qui aliquid mali fecerunt vſque ad minimum: & putaret vltionem æqualem in omnes exequi oportere, velut ob cædem: ita etiam in calumniantem, aut pugnantem contra proximum. Aut ſicut ſi quis ſit penitus idiota, & videat principem, qui poteſtatem accepit, contra ſceleſtos gladium eduxiſſe, aut contra præſtigiatores, & blaſphemos ac impios, putet omnes poteſtatem habere, vt de talibus criminibus vlciſcantur, & vbi vidit homines pœnas dediſſe, etiam ipſe ſimilia imitatus, velit quoſdam occidere, velut qui iniuſtos iudicet. At talis deprehenſus ipſe pœnas dabit, vt qui à rege talium faciendorum non accepit poteſtatem, & æqualem calculum à legum iuſtitia contra omnes exire putauit, & ſeipſum in iniuſtitia per propriam inexperientiam ac inſcitiam in interitum dedit. Sic etiam ipſi omnium facta ſimul miſcentes, ab omnibus exciderunt: & non intelligentes doctrinæ Dei ſinceritatem, ad aliam viam decepti, conuerſi ſunt: neſcientes, quod hæc eſt diuinæ Scripturæ traditio, ac conſequentia. *Libro ſecundo, Thom. 1.*

---

# Hilaritas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HILARITAS, Græce ἱλαρότης, ητος, ἡ, & eſt gaudii, vel exultationis in facie declaratio: *Secundum. B. Thom. 3. Sent. diſt. 26. quæſt. 1. art. 3.*

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Hilaritas amplior eſt voluptate, hilares enim ſumus dicendo aliquid, & ſi quis mente ipſa prudentiæ particeps fiat, voluptate vero affici contingit edendo aliquid, aut ſi quid aliud iucundi, quis ipſo corpore percipiat. *Plat. in Protag.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Zeno Zittieus* rogatus, cur quum eſſet natura ſeuerus, in conuiuio tamen hilareſceret? lepide reſpondit: Et lupinum quum ſit ſuapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulceſcere. Naturale eſt cibo potuq; rigato corpore, diſcuti triſtitiam. *Laert. libro ſeptimo, cap. 1.*

*Socrates* iam morti addictus, carceris miniſtrum in poculo cicutam porrigentem, interrogauit, Quomodo ſumendum eſſet hoc pharmacum? quod eius eſſet artis peritus. Alludens ad ægrotos, qui à medicis, quando & qua ratione diæta ſit ſumenda, diſcunt. Rogauit præterea, an diis aliquid de ſuo potu libare liceat, iuxta morem conuiuiorum, quod quum negaretur; Certe, inquit Philoſophus, fas eſt, & oportet orare Deos, vt felix & fauſta mea ſit migratio. Et ſic Socrates quum aduerſus omnia mala animi fortitudine armatus eſſet, in ipſa etiam morte hilaritatem oſtendit. *Laert. in eius vita.*

*Idem*, Quum puer Socratem in ipſo fere mortis agone detexiſſet, quod illi iam frigerent præcordia: Debemus, ... gallum Æſculapio, quem perſoluere neglexeris ... ſumpta potione medica conualuiſſet. Adeo inerat ... quædam hilaritas, vt moriens etiam eam oſtenderet ... poſtremam vocem fuiſſe ferunt. *Laert.*

*Plato* negabat oportere inebriari, præterquam in ... bus ipſe Deus vinum porrigit. Feſtos dies autem ... ebrietas autem in his locum habere nequaquam debe... *bro tertio.*

*Vide Gaudium, Lætitia.*

---

# Hiſtoria.

## ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

HISTORIA, Græca dictio eſt, ἱστορία, ας, ἡ, & ἱστορῶ narro dicitur. Eſt autem hiſtoria rerum geſtarum ... Differtque ab annalibus, quod hiſtoria eſt genus, ann... cies: ſunt enim Annales rerum geſtarum narrationes ... annorum obſeruato cuiuſcunque ordine anni. Sicut ... hiſtoria, quæ per ſingulos dies ſcribitur, & à Græcis ... *Iuuenalis: In cuius manibus ſeu pinguia ſuccina tritа ... meridas.* Hiſtoria vero vtrumque comprehendit ... *Noctium Atticarum lib. 5. c. 18.* Seruius tamen ſuper ... dos aliter ſenſit, & male, vt reor. Præterea annales ... bantur à Pontificibus maximis facti, quibus data po... moriam rerum geſtarum in tabulas referendi.

Hiſtoria ab ἱστορεῖν deducitur: hoc valet, vt hiſtoria ... que ſpectata, quaſi quis dicat, geſta. *Viues de cauſis cor... artium. lib. 2.*

Hiſtoria ab ἱστορέω, quod eſt, hiſtoriam narro, ſpecto, ... quiro, interrogo, ſcio, quæro, diſco, dico, & alia: ... vere & grauiter explicatur, hiſtoria dici poteſt. *Budæus ... tariis Græcis.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum expoſitio. Vel, ; eſt geſta ... tis noſtræ memoria remota. *Cic. 1. de inuent. Rhet.*

Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memo... ſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. *Cic. l. 2. de Orat. ad Q. Fr.*

Hiſtoria olim nihil aliud erat, niſi annalium confectio ... *Orat. lib.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum cum laude aut vitupera... tio: Quæ magnarum rerum conſilia, actiones, exitus ... & magnorum virorum actus, cum temporum, ac loco... & deſcriptione, tanquam viua quædam pictura ante ... nit. Ideoque hanc tanquam vitæ magiſtram, & ad ... nem vtiliſſimam cenſent ferme omnes: eo quod mul... exemplis cum optimos quoſq; ob laudis nominiſque ... gloriam, ad præclara quæque facinora accendat, tum ... quoſq; ac prauos, perpetuæ infamiæ metu, à vitiis dete... *Agrippa de Veritate ſcientiarum.*

Hiſtoria eſt imago veritatis. Eſt autem imago ea ... quæ rem neq; maiorem, neq; minorem reddit: non ... ortu & occaſu Solis longiſſimæ, in meridie prope nulla ... *2. de cauſ. corrup. artium.*

Hiſtoricus interpres eſt geſtarum rerum, cuius iudic... laborat, peinde fit, vt cum vinum ex ſeſe generoſum ... ueolentiam vel è vaſe contrahit, vel alioqui lenocinio ... quæ res vel impoſtura, vel inſcitia maxima eſt, ... *in præfat. ad Plut. de Vitis virorum illuſtr.*

Diuerſam hiſtoricorum eſſe ſcribendi rationem ab ... oſtendit. Hiſtorici enim rei ordinem ſeruant, & ... præparata: Oratores vero multa inuertunt & fingunt ...

Procœmium hiſtoricorum duabus tantum rebus, ... docilitate conſtare debet, omiſſa beneuolentia, quam ... captat orator. *Idem.*

Habent oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura ... iis ipſis, quæ communia ſunt, narrat illa, narrat hæc, ſed ... ic pleraque humilia & ſordida, & ex medio petita: illi ... condita, ſplendida, excelſa conueniunt. hanc ſæpius oſſa ... nerui: illam chori quidam, & quaſi tubæ deceat hæc ... vi, amaritudine, inſtantia; illa tractu & ſuauitate, atque ... cedine placet: poſtremo alia verba, alius ſonus, alia ... *Plin. lib. 5. ad Capitonem. Vel, vt alii ad Tacitum.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum vel expoſitio, vel demonſtr... nales vero ſunt, quum res geſtæ plurium annorum, ob... iuſq; anni ordine, deinceps componuntur.

Cum vero non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ... buntur, ea hiſtoria eſt, Græco vocabulo ἐφημερίς ... ρας συμπιπτόντων ἀπογραφή. Suidas: Latini Diarium voc... *lius lib. 5. cap. 18.*

Hiſtoria differt à fabula: Quia fabula neque veras, neque ... ſimiles continet res: quapropter Muſæ apud Heſiodum ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

habuit, vt l.1. *Nihil de verb. ſignif.*

ĸres Græce κληρονόμος, ὁ, ὁ, dicitur. Et eſt ille, qui principalia ali- bona percipit: non autem qui munuſcula eius capit. *ſecun- B. Thom ſup. epiſt. Pauli ad Roman. 8. lib. 3 colum. 4.*

…untur autem hæreditas & hæredes ab hærendo, hoc eſt, arcte …endo. Nam qui hæres eſt, hæret, hoc eſt, proximus eſt ei, cuius …res: licet nonnulli hæredem dictum velint, quod herus fiat, …eſt dominus bonorum, quæ ad eum perueniunt. Ab *hæres* fit …es, qui ſimul hæres inſtitutus eſt; & *exhæres*, qui extra hæredi- …m eſt, & hæreditate priuatur. Vnde fit verbum *exhæredo*, à quo …re Latio. Hinc etiam *hæreditarius*, hoc eſt, ad hæreditatem per- …ns, hæreditarius morbus, qui parentum vitio nobis obtingit: …*hæredipeta*, qui blanditiis, muneribus & aliis artibus ſubornat …nuros, vt ab eis hæres inſtituatur. *Hæreo* aliquando pro dubito …ur, quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur. Cuius …requentatiuum *hæſito, hæſitatio*, dubitatio: *hæſitabundus*, valde du-

## ¶ Loci Biblici.

…ereditas Dei populus Iſrael, *Exod.* 15.16. *Deut.* 4.20. & 9.26. & …*Reg.* 5.1. Hæreditas Leuitarum Deus, *Num.* 18.20. *Deut.* 4.20. …& 18. *Ioſ.* 13.14.33. *Ezech.* 44.28. Hæreditatem diuidere non …Chriſtus inter fratres, *Luc.* 12.13.14. de Hæreditate mortui abſ- …maſculo, *Num.* 27.1.

…æres vniuerſorum Chriſtus, *Luc.* 20.24. *Hebr.* 1.2.

…æredis & hæreditatis nomen Græcis & Latinis proprie accipi- …rum alicuius hæredem eſſe dicunt; pro, in alicuius bona poſt …ortem ſuccedere. Idem, cum ipſam poſſeſſionem hereditariam ad …edem legitimum demoliendam declarant. Sed ex Hebræorum …idioma, hæreditas dicitur, quicquid alicui gratis cedit in poſſeſ- …nem, ac nominatim quidem filii dicuntur hæreditas, quæ patri à …o datur, *Pſalm.* 127.3. Vnde patet, hæredem eſſe mundi apud Pau- …*Rom.* 4.13. declarare idem quod totum mundum habere pro … hac ratione quaſi vniuerſo mũdo potiri. Sic dicitur Chriſtus …mundi hæres conſtitutus, *Hebr.* 1.2. in quo videlicet ipſemet …er Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, *ibidem*, …dicimur Dei hæredes correlatiue, *Rom.* 8.17. quia Dei ſumus hæ- …cum Chriſto cum alioqui (vt dictum eſt) Græcis & Latinis …t hæredem eſſe idem declaret, quod in alicuius bona poſt …m ſuccedere: Ex qua propria ſignificatione conſequitur hæ …vocabulum, *Rom.* 8.17. accipi pro bonorum patris participe, …ius: Nos eſſe Hæredes, id eſt, bonorum patris participes, id- …ros, quia filii adoptiui: Alioquin enim viuo patre filius hæ …ſſe non poteſt. At nunquam moritur pater, cuius cohæredes …ur cum Chriſto. Ex quo efficitur, hæredem ex hæbræorum …mino dici, qui bonis ſibi conceſsis fruitur.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

…uum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. …27.

Dominus pars hæreditatis meæ. 15.

…ſuſtinentes Dominum, ipſi hæreditabunt terram. 36.

Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. 141.

Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *Rom.* 8.

In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui …gnus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in …em gloriæ ipſius. *Epheſ.* 1.

*Terrena.*

Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit …ditas: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. …27.

Quod & ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus …eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, …i proximi ſunt. *ibid.*

Bonus relinquet hæredes filios & nepotes: cuſtoditur iuſto ſub- …tia peccatoris. *Prou.* 13.

Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo bene- …ione carebit. *Prou* 20.

## ¶ Similitudo.

…aranda. Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumſtan- …diuiduntur: Sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius …miniſtri fuiſſent. *lib.* 2. *epiſt.* 78.

## ¶ Adagia.

…ultures, expecta cadauer.

*…aptatores teſtamentorum & hæredipetæ, vulgata metaphora …ures appellantur, quod ſenibus orbis, ceu cadaueribus inhient.*

## ¶ Emblema.

Opulenti hæreditas.

Emblema CLVIII.

*Patroclum falſi eripiunt hinc Troes in armis.*
*Hinc ſocii, atq; omnis turba Pelaſga vetat.*
*Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer.*
*Hac fabella agitur, cum vir opimus obit.*
*Maxima rixa oritur, tandem ſed tranſigit hæres,*
*Et coruis aliquid, vulturiiſque ſinit.*

# Hæreticus & Hæreſis.

## ¶ Definitio et Etymol.

HÆreticus quid ſit, vide infra in præſenti capitulo authoritates Beatorum Auguſtini & Hieronymi incipientes, *Dixit Apoſtolus, Qui in Eccleſia, & Hæreſis Græce.*

Hæreſis Græca dictio eſt αἵρεσις, εως, ἡ, diciturq; ab electione, quoniam vnuſquiſque eligit ſibi diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. *ſecundum Hier. in epit. ad Gal. & habetur.* 23 *p.* 3. *c.*

Hæreſis. Videtur deduci ab ἐρείδω, quod eſt innitor, & firmo Latine: vel ab αἱρέομαι, quod eſt opto, ſeu eligo.

Hæreſis ratione pertinaciæ, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, ſcilicet impugnatio veritatis. *ſecundum B. Thomam.* 4. *Sent. diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2.

## ¶ Loci Biblici.

Hæreſis, pro ſecta, *Act.* 5.17. & 15.5. & 24.14. Hæreſes oportet eſſe, & quare, 1. *Cor.* 11.19. *Vide Iudic.* 3.1.

Hæreſewn duplex eſt cauſa: Efficiens & Finis. Efficiens duplex. *Prima* & remotior, eſt Dei iuſtiſſima voluntas, qui ſic verbi ſui contemptum vlciſcitur, & ſuos probat. 1. *Cor.* 11.19. 2. *Theſſ.* 2.11. *Secunda*, propinquior, hominum ipſorum naturalis tum rebellio, tum cœcitas & ambitio, &c. 1. *Tim.* 2.8. 2. *Tim.* 5.2. *Tit.* 1.16. *Eph.* 4.14. 1. *Theſſ.* 2. & 3.4.5. Finis duplex: Piorum probatio, 1. *Cor.* 11.19. Impiorum iuſta punitio, qui veritati Dei placide obedire & acquieſcere noluerunt. 2. *Theſſ.* 2.11. (*Vide* 1. *ad Cor.* 11.19.) Forma eſt ipſe error: Materia eſt articulus ille, in quo peccatur.

Hæretici cauendi & fugiendi, *Deut.* 13.1. & *cap.* 18.20. 1. *Reg.* 18.20. &c. 2. *Reg.* 10.15. *Matth.* 7.15. *Rom.* 16.17. 2. *Theſſ.* 3.14. 2. *Tim.* 2.17. & 3. 5. *Tit.* 3.10. 2. *Ioan.* 10. Hæretici iam inde à temporibus Apoſtolorum exſtiterunt. 1. *Tim.* 1.20. 2. *Tim.* 1.1.7. 1. *Ioan.* 2.18. 2. *Ioan.* 7. *Apoc.* 2.15. Hæreticos futuros etiam noſtris temporibus prædictum eſt, *Matth* 24.5.24. *Iohan.* 5.43. 1. *Tim.* 4.1. 2. *Tim.* 3.12. 2. *Pet.* 2.1. & 3. *Iudæ* 18. Hæreticorum mores & doctrina, *ibid.* Hæretici male tolerantur à Præfectis, *Apoc.* 2.14. Hæretici à magiſtratu puniendi, 1. *Tim.* 2.2.

## Sententiae Biblicae.

*Hæretici Deum offendunt.*

Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reſeruare cruciandos: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. 2. *Pet.* 2.

Nam eiuſmodi pſeudo apoſtoli ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum, ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. 2. *Cor.* 11.

Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Act.* 20.

Fuerunt vero & pſeudo prophetæ & populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negant: ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. 2. *Pet.* 2.

Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur: libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. *Ibidem.*

Propter quod, chariſſimi, hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitramini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. 2. *Pet.* 2.

Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. 1. *Ioan.* 4.

Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris. *Ibid.*

*Factis ſeipſos produnt.*

A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit, *Matth.* 7.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro. *Ioan.* 10.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hoc autem ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis, quam Dei habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. 2. *Tim.* 3.

*Hæretici ſolerter vitandi.*

Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt & delinquit cum ſit proprio iudicio condemnatus. *Tit.* 3.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. 2. *Ioan.* 1.

## ¶ Patrvm Sententiae.

Adferunt hæretici immenſam apocryphorum librorum & ſcripturarum notharum multitudinem; vt ſtupefaciant amentes & ignaros verarum literarum. *Iren.* 1. *c.* 17.

Veritati non credentes in mendacio voluntatis perdiderunt panem veræ vitæ, in vacuum & profundum vmbræ incidentes, ſimiles Æſopi cani, qui panem quidem reliquit, in vmbram autem huius impetum fecit, & perdidit eſcam. *Idem lib.* 2. *cap.* 12.

Quum ex Scripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum Scripturarum, quaſi non recte habeant, neque ſint ex authoritate: & quia varie ſint dictæ: & quia non poſſit inueniri veritas ab his, qui neſciant traditionem. *Idem libro tertio capit.* 2.

Aufer hæreticis, quæ cum ethnicis ſapiunt, vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. *Tertullianus de reſurrect. carn.*

Hæreticorum voces ſi adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis eſt, vbi vera fidei prædicatio, melius ipſa veritas ex falſorum comparatione fulgebit. Si enim opponam dicta cuiuslibet hæretici, & hæc ſermonibus varietatis, ac Scripturarum diuinarum teſtimoniis veluti diuini altaris igne confutem, nonne euidentior eorum ex ipſa comparatione apparebit impietas? *Origen. hom.* 9. *in Num.*

Ad nos ſæpe ſtudio magis contradicendi, quam voto diſcendi veniunt, & clamoſis vocibus perſonantes malunt ſua impudenter ingerere, quam noſtra patienter audire. *Cyprianus contra Demetrium.*

Ab his, ſi fieri poteſt, humanitatis iure poſtulamus, vt non prius damnent, quam vniuerſa cognouerint. Sed noui hominum pertinaciam, nunquam impetrabimus. Timent enim, ne à nobis reuicti, manus dare aliquando, clamante ipſa veritate, cogantur. Obſtrepunt igitur, & intercedunt, ne audiant, & oculos ſuos opprimunt, ne lumen videant, quod offerimus. *Lactantius inſtitut. lib.* 5. *cap.* 1.

Hæretici non tam vitam honeſtam, mores ſanctos, & benignam erga egenos miſericordiam, quam ſi quis contentioſe diſſereret, & ſyllogiſmis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. *Sozomen. apud Niceph. l.* 11. *c.* 11.

Hæreticus eſt, qui pro alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur. *Auguſt. de definition.*

Hæreticus eſt, qui conceptam noui erroris perfidiam pertinaciter defendit. *Idem ibid.*

Schiſma eſt eadem opinantem, atq; eodem ritu colentem, quo cæteri ſolo aggregationis delectari deſiderio. Hæreſis vero diuiſa opinatur ab his, quæ Catholica credit Eccleſia. *Contra Fauſtum.*

Quando animoſitatem, qua tenentur, vicerint hæretici, tunc veritatem potuerunt tenere, qua vincuntur. *Idem contra Iulian.*

Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis ab oui repellenda eſt, ne tota domus, maſſa & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. *Idem Hieron.*

De intelligentia, hæreſis non de ſcriptura eſt ſenſus, & non ſermo ſit crimen. *Hilar. lib.* 2. *de Trinit.*

Plus longe nocet falſus catholicus, quam ſi verus appareat hæreticus. *Bern. ſup. Cant.*

Sicut cauendi ſunt, qui habent ſpeciem bonæ vitæ propter dogma nequitiæ: ſic & hi, qui integræ fidei & doctrinæ ſunt, & turpiter viuunt. *Chryſ. ſuper Matth.*

Schiſma eſt error pertinax, catholicam pacem in ſingulari perturbans Eccleſia. *Hugo.*

Non dubito, catechumenum catholicum diuina charitate flagrantem hæretico baptizato anteponere. *Aug. in lib. de Bapt. & hab. de Conſ. diſt.* 4. *can. Non dubito.*

Prima quidem (inquit) hæreſis in diſcipulis Chriſti velut a duritia eius ſermonis facta eſt: cum enim diceret. Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit vitam æternam. Illi vero non intelligentes: dixerunt ad inuicem: Durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt manducare? *Idem in expoſition. Pſalm.* 4. *& habetur de Conſ. diſt.* 2. *cap. Prima quidem hæreſis.*

Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: qu[…] fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta [...] mittant: quia ſimiliter vbi charitas non eſt, non p[...] tia. Dilectio enim proximi malum non operatur, [...] retici haberent, non dilaniarent corpus Chriſti, qu[...] catholica. Ideo diuina prouidentia multos diuerſi[...] eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea, quæ neſ[...] tiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas capiamus: [...] ſtolus ait: Vt probati manifeſti fiant. Hi autem à De[...] qui bene poſſunt docere. *Idem, & habetur* 24. *q.* 3. [...]

Dixit Apoſtolus; Hæreticum hominem poſt pr[...] dam correptionem deuita: quia ſubuerſus eſt h[...] cat in ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiam ſuam[...] ſam atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate d[...] ſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pep[...] ductis, atque in errorem lapſis parentibus acceper[...] tem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati c[...] nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. *Idem &* [...] *q.* 3. *Dixit.*

Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, pr[...] ſapiunt, ſi correcti, vt ſanum rectumque ſapiant, [...] maciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata e[...] ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. *Idem contra M[...] het.* 24. *q.* 3. *Qui in Eccleſia.*

Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiori ac leg[...] vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius [...] illud Hieronymi, quo Eccleſia negatur aliquem per[...] intelligendum, vt generaliter Eccleſia nullum per[...] quod nullum iniuſtè perſequatur. Non enim omn[...] pabilis eſt, ſed rationabiliter hæreticos perſequitur, [...] ſtus perſecutus eſt eos, quos de templo expulit. *Idem [...] Manichæos.*

Hæreſis Græce ab electione dicitur, quod [...] vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat [...] Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit, qua[...] ritus ſancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab Eccleſ[...] ſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, & de carn[...] eligens quæ peiora ſunt. *Hieronym. in epiſtol. ad Gala[...] 24. q.* 3. *Hæreſis.*

Omnis iniquitas, & oppreſſio, & iniuſtitia iudici[...] eſt, Et licet gladio non occidas, voluntate tamen in[...] *Eſa. & habet. de pœnitent. diſt.* 1. *Omnis iniquitas.*

Quid autem iniquius eſt, quam impia ſapere, & [...] doctoribuſque non credere? Sed in hanc inſipien[...] cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impo[...] non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas literas, [...] gelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt: & [...] erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt [...] *habet.* 24. *q.* 3. *Quid autem.*

## ¶ Apophthegmata.

*Polycarpus martyr* aliquando Macioni obuiam f[...] oratus, vt eum agnoſcere vellet: Agnoſco, inquit, p[...] Satanæ. Tanta tunc Apoſtoli atque eorum diſcipuli [...] cautela vtebantur, vt ne verbi quidem communion[...] eorum, qui à veritate declinauerant, habere pater[...] *Euſeb. l.* 4. *Eccleſ. hiſt. c.* 14.

*Idem*, ſi forte impia dogmata audiret, aures ob[...] nuo exclamabat: O bone Deus! in quæ me tempo[...] vt hæc patiar? atque ex eo loco, quo vel ſedens, v[...] diuiſſet, exemplo plane aufugiebat. *Euſebius libro [...] cap.* 19.

*Alexander Epiſcopus Alexandr.* Par eſt (inquit [...] qui ſumus Chriſtiani, omnes, qui contra Chr[...] tur, animoque ſunt ab eo alienato, tanquam D[...] ruptores animarum deuitemus, &c. *Socrat. hiſt[...] mo. capite.* 3.

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*: Sicut membrum à corpore præciſum [...] poteſt, neque ramus arboris viridis eſſe: Sic & omn[...] præciſi à corpore vnius Eccleſiæ, nec vitam Chriſti [...] poſſunt, nec viriditatem gratiæ ſpiritualis, ſed eſt [...] deſerta. *In* 23. *Matth. hom.* 46.

*Sicut ſerpentes* varii in corpore: ſic hæretici va[...] bus. Serpens ſuper ventrem graditur: ita hæretici [...] vanæ gloriæ omnia faciunt. Terram manducat ſerpens [...] lucrantur, qui in terra ſunt, id eſt, carnales. Non ſolum [...] pentes, ſed & viperæ, quarum natura eſt, vt rump[...] ra matrum naſcantur: Sic authores hæreſium, rump[...] matris Eccleſiæ, proceſſerunt ad principatum. *Homil. [...] Matth.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Quemadmodum* ſi rex in bello victus, atque fugatus ab alio re- ...deret indumentum regis illius victoris, & in parte ſua erigat ...ſignum ſigno regis illius, vt ille populus victoris ſchema ſui ...ſpiciens, & ſignum partis ipſius, dum putat ſe ad proprium ...re regem, incurrat in manus aduerſarii ſui: Sic & Diabolus ...nat miniſtros ſuos ſub nomine Chriſti, vt volentes homines ...d Chriſtum, ſimilitudine nominis tenebricati ad Diabolum ...m. *In 24. Matth hom.* 48.

...*tur* omnis mulier, quamdiu non admonetur à malis homi- ...s, non bene cognoſcitur, vtrum ſit caſta: ſi vero admonita ...entiam vel fidem viro ſeruauerit, tunc merito caſta laudatur: ...Eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi Antichriſti venerint ad ... *In Matth. 24. hom.* 48.

...*cut* quum domus incendio comprehenditur, omnes latrones ...ſurgunt, quærentes vnuſquiſque quod rapiat: Sic quando ca- ...pecialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicum Chri- ...orum fieri cœperit, omnes dæmones ſpirituales latrones in- ...erunt, per ſuos miniſtros quærentes vnuſquiſque quem per- ... *In Matth. 24. hom.* 48.

...*mo circa* mortem phantaſias videt: Sic & mundus in exitu ...multos patietur errores. *In Matth. hom.* 48.

...*Hi ſunt* igitur, qui nos vt contentioſos damnant, eo quod cum ...nobis habemus diſſidium, dictitantque, nullum eſſe diſcrimen ...nos & illos, ſed ex principatus ambitu proficiſci diſcordiam? ...iam, quid dicat Paulus. Nimirum illos ſubuertiſſe Euangelium, ...paululum quippiam rerum nouarum inuexerant. Iſti vero non ...pliciter puſillum, qui filium Dei prædicant eſſe creaturam, ſed ...quod eſt omnium maximum, immutant. An non audiuiſti, quod ...qui veteri quoque Teſtamento ſabbatho ligna collegerat, vni- ...mandatum nec id maximum tranſgreſſus, extremo affectus ...ſupplicio? Quodque Oza, qui arcam alioqui ſubuertendam ...e veſtigio mortuus eſt eo quod miniſterium ipſi non con- ...uſurpauit? Ergo ne ſabbatum violatum, & ſolus arcæ rui- ...contactus, tantam indignationem prouocauit, vt qui hæc auſi ...nt, ne minimum quidem veniæ ſint conſequuti: hic vero, qui ...nda & ineffabilia dogmata corrumpit, excuſationem habi- ..., & veniam conſequetur? Non poteſt hoc fieri, non po- ...nquam. Hoc ipſum igitur eſt omnium malorum cauſa, ...od ob puſilla non indignamur. Ob id enim maiora ſcelera ...erant, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et ...admodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt, febres ..., & putrefactiones, ac mortem denique: Itidem & in ...s, qui puſilla diſſimulant, ad maiora inuitant. *In epiſt. ad Galat. cap.* 1.

...*Quod* accidit ægrotantibus, dum ſalubribus cibis offenduntur, ...idem vſu venit Marcioniſtis. Arripuerunt enim, quæ dicta ſunt ..., ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipſe dixit, non eſſe aliud E- ...angelium, *Ad Galat.*

*Quemadmodum* illud eſt grauiſſimum in mente captis, & æ- ...s, quod quum ægrotent, nec hoc ipſum ſentiant ſe eſſe ægro- ...: ſic & Iudæi, nunc quũ ſint ebrii, non ſentiunt tamen morbum ... *Contra Iudæos, orat.* 5.

...*Nos ne* remitamus pro fratribus noſtris ſollicitudinem, ne- ...poſthac exiſtimemus vllam illorum rem eſſe importunam: ...quemadmodum faciunt milites, vbi commiſſo prælio ver- ...in fugam aduerſarios: ab inſectatione redeuntes, non ...currunt ad tabernacula, ſed prius ad conflictus locum ..., tollunt eos, qui ex ipſorum numero cæſi ſunt, ac vi- ...quidem defunctos terra occulunt. Cæterum ſi quos vi- ...inter mortuos ſpirantes adhuc, nec lethale vulnus ha- ..., iis in tentoria ſublatis, multam adhibent curationem. ...otelo, accerſitis medicis, abſterſo ſanguine, pharmacis ..., reliquaque omni curatione admota ad ſanitatem ... Et nos igitur, quoniam opitulante Dei gratia, Iu- ... perſequuti ſumus, armatis aduerſus illos vndequaque ...prophetis, reuerſi ad nos videamus, num qui fratrum noſtro- ... ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti ſint, num qui ...feſto communicarint: ac neminem quidem tradamus ſe- ..., ſed potius ſublatos omnes curemus. *Contra Iudæos orat.* 5.

...*ab externis* quidem hoſtibus qui ſemel conciderit, animam ...eſſerit, fieri non poteſt, vt miles eum recuperet, & ad vitam .... Cæterum in hoc bello prælioque etiam ſi quis læthale ...s acceperit: fieri poteſt, vt auxiliante nobis Dei gratia, cum ...vitam reuocamus. Non enim hæc naturæ mors eſt, quemadmo- ...illa, ſed voluntatis ac propoſiti. Voluntatem autem mor- ... licet denuo ſuſcitare, animæque morti datæ perſuadere li- ..., vt ad ſuam vitam redeat, ſuumque dominum agnoſcat. *Contra Iudæos, orat.* 5.

...*Sed quod dicebam* (nam oportet ad id quod propoſitum erat, ...) ſatis vobis ex his demonſtrauit ratio, quod non opor- ... fratres lapſos negligere, neque contemnere, verum proſpi- ... quidem illis ante peccatum, cæterum etiam poſt peccatum ... erga illos præſtare curam. Itidem faciunt & medici: ...ſcribunt enim ac præcipiunt hominibus quæ poſſunt illo- rum ſanitatem tueri, omnemque morbum excludere, cæte- rum vbi neglexerint præſcripta, & in valetudinem aduerſam inciderint, non negligunt eos ipſi, ſed tum maxime multam ad- hibent ſollicitudinem, quo illos morbo leuent. *Contra Iudæos orat.* 5.

*Tu quam* videris aliquem egentem curatione vel corporis vel, animi, ne dicito apud teipſum; Quare ille & ille non curauerunt? ſed à morbo libera. Ne petas ab illis excuſationes negligentiæ. *Contra Iudæos, orat.* 5.

*Si inueneris* aurem iacens, non dicis apud teipſum, Quare il- le aut ille hoc non ſuſtulerunt? ſed feſtinas ante alios rapere. Item & de fratribus collapſis cogita, putatoque te theſaurum reperiſ- ſe, occaſionem illis medendi. Etenim ſi inſtillaueris illi velut ole- um ſermonis doctrinam, ſi obligaueris humanitate temperantia- que, vulneratum, ſi ſanaueris, ille te faciet ditiorem quouis the- ſauro. Quod enim eduxerit pretioſum ex indignitate, tanquam os meum erit, inquit ille. *ibidem.*

*Irænei Epiſcopi.* Quomodo ſi quis regis imaginem bonam, fabricatam diligenter, & ex gemmis pretioſis à ſapiente artifice ſoluens, ſubiacentem hominis figuram transferat gemmas il- las: reformans faciat ex his formam canis vel vulpeculæ, & hanc male diſpoſitam conformet, & dicat, hanc eſſe regis illam imaginem bonam quam ſapiens artifex fabricauit, omneis gem- mas, quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine com- poſitæ erant, malè vero à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarum phantaſiam decipiant idiotas, qui com- prehenſionem regalis formæ non habeant, & ſuadeant, quo- niam hæc turpis vulpeculæ figura illa eſt bona regis imago: Eo- dem modo & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde & ſermones & dictiones & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei, *Libro primo, capite* 1. *contra Valentinianum.*

*Vnde* oportebat & te & omnes, qui intendunt hic ſcriptu- ræ & ſolliciti ſunt pro ſua ſalute, non cum audiunt forinſecus eorum ſermones ſponte ſuccumbere: ſimilia enim loquentes fidelibus, ſicut prædiximus, non ſolum diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena blaſphemiis, per quæ in- terficiunt eos, qui per ſimilitudinem verborum, inque mille affectiones eorum in ſe attrahunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dans pro lacte, ſeducat per ſimilitudinem coloris: ſicut quidam dixit ſuperior nobis, de omnibus, qui quolibet modo deprauant, quæ ſunt Dei, & adulterant ve- ritatem Dei. Lacte gypſum male miſcetur. *Libro tertio, capite* 19.

*Hæretici alienum* ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alie- nas doctrinas à cœleſti igne comburentur, quemadmodum Na- dab & Abihu. Qui vero exſurgunt contra veritatem, & alteros abhortantur aduerſus Eccleſiam, remanent apud inferos vora- gine terræ abſorpti, quemadmodum circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Hieroboam pœnam percipiunt à Deo. *Libro quarto contra hæret.*

*Quemadmodum* in palæſtra inſueti concertantes aliis vnam- quamlibet partem corporis, telis ſiue totis complectentes ma- nibus per illud, quod detinet, cadunt: & cadentes putant ſe vincere, eo quod contentioſe teneant illud, quod primum appre- henderunt membrum, ſuper hoc autem quod ceciderunt, & de- riſui habentur: Sic autem & hæretici caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, duas dictiones tollentes à Paulo, neque ſen- ſum Apoſtoli perſpexerunt, neque virtutem dictionum ſcrutati ſunt. Inde autem ipſas dictiones tenentes circa ipſas moriuntur vniuerſam diſpenſationem Dei, quantum in ipſis, euertentes. *Lib.* 5. *contra Valentinianum.*

*Qui relinquunt* præconium Eccleſiæ, imperitiam ſanctorum presbyterorum arguunt, non contemplantes, quanto pluris ſit idiota religioſus à blaſphemo & impudente Sophiſta. Tales ſunt autem omnes hæretici: & qui ſe plus aliquid præter veritatem inuenire putant, ſequentes ea, quæ prælecta ſunt, varie & mul- tiformiter, & imbecille facientes iter, de iiſdem non ſemper eaſ- dem ſententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur, iu- ſte cadent in ſublatentem foueam, ſemper quærentes, & nunquam verum inuenientes. *ibidem.*

*Theodoreti Epiſcopi,* Mel omnibus hominibus dulce eſſe vide- tur, etiamſi cum nullo conferatur: ſed dulcius eſſe apparet, ſi ama- ra aliqua qualitas iuxta ipſum ſtatuatur. Et ſanitatem valde diligen- dam omnes exiſtimant: ſed poſt morbum multo magis comple- ctendam ſtatuunt. Iam vero tranquillitas quoque eſt poſt tempe- ſtatem gratior. Ita etiam veritatem, quicunque ſapiunt, rem ſedu- lo comparandam & diligenter retinendam intelligunt; eam tamen ſplendidiorem & diuiniorem reddit, ſi cum eo conferatur & exa- minetur, quod falſum eſt. Quoniam ergo falſi turpitudinem & ig- nominiam oſtendimus, & hæreticas fabulas aperuimus, & planum factum eſt quam ſint impiæ, iniucundæ, & minime probabiles: age cum his doctrinam Euangelicam conferentes, oſtendamus, quid inter ſe differant lux & tenebræ, & morbus moleſtiſſimus & diffici-

 limus.

ſimus. *In Epitome diuinorum decretorum, in proœm. fol. 365.*

*Syneſis*: Melius eſt confidere in Deo, quam in homine. Sed tamen audio gregales ex impientiſſima Eunomii ſub nomine Quintiani, eiuſque in exercitu famigeratam potentiam iterum adulterare Eccleſiam Dei, quoſdam falſos magiſtratos laqueum intentare ſimplicioribus animis: Quos nuper Quintiani emiſſarii ſecum ducentes, ad hoc ipſum abnauigauerunt. Nam iudicium litemque ſimulant ſe de impietate inſtituere, cum reuera pietatem in contentionem & periculum ſint vocaturi. Iſti igitur degeneras ſacerdotes, iſti nouitii Apoſtoli, & Diaboli, & Quintiani, videte, ne ignaris vobis in gregem, quem paſcitis, inſiliant, neue clam vobis tritico zizaniam adſeminent. Nota ſunt omnibus illorum refugia. Scitis qui pagi illos excipiant, quæue domus latronibus pateant. Fures ſagaciter inſectemini, æmulatores ſitis benedictionis, qua benedixit Moyſes, qui contra eos, qui in caſtris peccauerant, & animum & manum exercuerunt. Id autem operæ pretium eſt, vt dicam, fratres, bona bene ſiant, concertatio quæſtus lucrandique amoueatur. Omnia propter Deum agantur. Non decet eumdem virtutis & vitii eſſe ſcopum: pro pietate hoc curriculum pro animabus contendendum, ne aliquas ab Eccleſia deprædentur, vt ſolent, & vt iam ſæpius factum eſt. *In epiſt. ad Presbyt. col. 365.*

*Epiphanius*. Et ſic Bardeſianus per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem ſectæ ſuæ incidit, factas inſtar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & aliis, qui conſcenderunt nauem, mortem induxit. Corrumpitur enim hic per Valentinianos: & ex ipſorum improbitate, venenum & zizania horum haurit. *lib ſecundo, Thom. 2. fol. 225.*

*Sicut ſi* quis videat aliquem natantem in aqua: & ignorans natandi experientiam, ſeipſum det aquis, & ſubmergatur, quum non expertus ſit, neq; certo ſciat ſcientiam eorum, qui per manus & pedes ſibi ipſi ſalutem ſuppeditant, ſed ſimpliciter putet aquam geſtare hominem citra manuum adminiculum. Aut ſicut ſi quis audiret ducem ſupplicio affeciſſe eos, qui aliquid mali fecerunt vſque ad minimum: & putaret vltionem æqualem in omnes exequi oportere, velut ob cædem: ita etiam in calumniantem, aut pugnantem contra proximum. Aut ſicut ſi quis ſit penitus idiota, & videat principem, qui poteſtatem accepit, contra ſceleſtos gladium eduxiſſe, aut contra præſtigiatores, & blaſphemos ac impios, putet omnes poteſtatem habere, vt de talibus criminibus vlſciſcantur, & vbi vidit homines pœnas dediſſe, etiam ipſe ſimilia imitatus, velit quoſdam occidere, velut qui iniuſtos iudicet. At talis deprehenſus ipſe pœnas dabit, vt qui à rege talium faciendorum non accepit poteſtatem, & æqualem calculum à legum iuſtitia contra omnes exire putauit, & ſeipſum in iniuſtitia per propriam inexperientiam ac inſcitiam in interitum dedit. Sic etiam ipſi omnium facta ſimul miſcentes, ab omnibus exciderunt: & non intelligentes doctrinæ Dei ſinceritatem, ad aliam viam decepti, conuerſi ſunt: neſcientes, quod hæc eſt diuinæ Scripturæ traditio, ac conſequentia. *Libro ſecundo, Thom. 1.*

# Hilaritas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HILARITAS, Græce ἱλαρότης, ητος, ἡ, & eſt gaudii, vel exultationis in facie declaratio: *Secundum. B. Thom. 3. Sent. diſt. 26. quæſt. 1. art. 3.*

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Hilaritas amplior eſt voluptate, hilares enim ſumus dicendo aliquid, & ſi quis mente ipſa prudentiæ particeps fiat, voluptate vero affici contingit edendo aliquid, aut ſi quid aliud iucundi, quis ipſo corpore percipiat. *Plat. in Protag.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Zeno Zittieus* rogatus, cur quum eſſet natura ſeuerus, in conuiuio tamen hilareſceret? lepide reſpondit: Et lupinum quum ſit ſuapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulceſcere. Naturale eſt cibo potuq; rigato corpore, diſcuti triſtitiam. *Laert. libro ſeptimo, cap. 1.*

*Socrates* iam morti addictus, carceris miniſtrum in poculo cicutam porrigentem, interrogauit, Quomodo ſumendum eſſet hoc pharmacum? quod eius eſſet artis peritus. Alludens ad ægrotos, qui à medicis, quando & qua ratione diæta ſit ſumenda, diſcunt. Rogauit præterea, an diis aliquid de ſuo potu libare liceat, iuxta morem conuiuiorum, quod quum negaretur; Certe, inquit Philoſophus, fas eſt, & oportet orare Deos, vt felix & fauſta mea ſit migratio. Et ſic Socrates quum aduerſus omnia mala animi fortitudine armatus eſſet, in ipſa etiam morte hilaritatem oſtendit. *Laert. in eius vita.*

*Idem*, Quum puer Socratem in ipſo fere mortis agone detexiſſet, quod illi iam frigerent præcordia: Debemus, inquit, gallum Æſculapio, quem perſoluere neglexeris: [...] ſumpta potione medica conualuiſſet. Adeo inerat [...] quædam hilaritas, vt moriens etiam eam oſtenderet. [...] poſtremam vocem fuiſſe ferunt. *Laert.*

*Plato* negabat oportere inebriari, præterquam in [...] bus ipſe Deus vinum porrigit. Feſtos dies autem [...] ebrietas autem in his locum habere nequaquam deb[...] *bro tertie.*

*Vide Gaudium, Lætitia.*

# Hiſtoria.

## ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

HISTORIA, Græca dictio eſt, ἱστορία, ας, ἡ, & ἱστορῶ [...] narro dicitur. Eſt autem hiſtoria rerum geſtarum [...] Differtque ab annalibus, quod hiſtoria eſt genus, anna[...] cies: ſunt enim Annales rerum geſtarum narrationes [...] annorum obſeruato cuiuſcunque ordine anni. Sicut [...] hiſtoria, quæ per ſingulos dies ſcribitur, & à Græcis [...] *Iuuenalis: In cuius manibus ſeu pinguia ſuccina tritu[...] meridas.* Hiſtoria vero vtrumque comprehendit [...] *Noctium Atticarum lib. 5. c. 18.* Seruius tamen ſuper [...] dos aliter ſenſit, & male, vt reor. Præterea annales [...] bantur à Pontificibus maximis facti, quibus data po[...] moriam rerum geſtarum in tabulas referendi.

Hiſtoria ab ἱστορεῖν deducitur: hoc valet, vt hiſtoria [...] que ſpectata, quaſi quis dicat, geſta. *Viues de cauſis [...] artium. lib. 2.*

Hiſtoria ab ἱστορέω, quod eſt, hiſtoriam narro, ſpecto, [...] quiro, interrogo, ſcio, quæro, diſco, dico, & alia: [...] vere & grauiter explicatur, hiſtoria dici poteſt. *Budæus [...] tariis Græcis.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum expoſitio. Vel, eſt geſta[...] tis noſtræ memoria remota. *Cic. 1. de inuent. Rhet.*

Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magi[...] ſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. *Cic. l. 2, de Orat. ad Q. Fr.*

Hiſtoria olim nihil aliud erat, niſi annalim confectio [...] *Orat. lib.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarùm cum laude aut vituperatione narra[...] tio: Quæ magnarum rerum conſilia, actiones, exitus [...] & magnorum virorum actus, cum temporum, ac loco[...] & deſcriptione, tanquam viua quædam pictura ante o[...] nit. Ideoque hanc tanquam vitæ magiſtram, & ad o[...] nem vtiliſſimam cenſent ferme omnes: eo quod [...] exemplis cum optimos quoſq; ob laudis nominiſque [...] gloriam, ad præclara quæque facinora accendat, tum [...] quoſq; ac prauos, perpetuæ infamiæ metu, à vitiis de[...] *Agrippa de Veritate ſcientiarum.*

Hiſtoria eſt imago veritatis. Eſt autem imago ea [...] quæ rem neq; maiorem, neq; minorem reddit: non v[...] ortu & occaſu Solis longiſſimæ, in meridie prope nullæ. [...] *2. de cauſ. corrup. artium.*

Hiſtoricus interpres eſt geſtarum rerum, cuius iudi[...] laborat, peinde fit, vt cum vinum ex ſeſe generoſum [...] ueolentiam vel è vaſe contrahit, vel alioqui lenocinio [...] quæ res vel impoſtura, vel inſcitia maxima eſt, & intole[...] *in præfat. ad Plut. de Vitis virorum illuſtr.*

Diuerſam hiſtoricorum eſſe ſcribendi rationem ab o[...] oſtendit. Hiſtorici enim rei ordinem ſeruant, & [...] præparata: Oratores vero multa inuertunt & fingunt. [...]

Prooemium hiſtoricorum duabus tantum rebus, [...] docilitate conſtare debet, omiſſa beneuolentia, quam [...] captat orator. *Idem.*

Habent oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura [...] iis ipſis, quæ communia ſunt, narrat illa, narrat hæc, ſed [...] ic pleraque humilia & ſordida, & ex medio petita: ill[...] condita, ſplendida, excelſa conueniunt. hanc ſæpius oſſa [...] nerui: illam chori quidam, & quaſi tubæ deceat hæc [...] vi, amaritudine, inſtantia; illa tractu & ſuauitate, atque [...] cedine placet: poſtremo alia verba, alius ſonus, alia [...] *Plin. lib. 5. ad Capitonem. Vel, vt alii ad Tacitum.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum vel expoſitio, vel demonſtratio [...] nales vero ſunt, quum res geſtæ plurium annorum, obſerua[...] iuſq; anni ordine, deinceps componuntur.

Cum vero non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ [...] buntur, ea hiſtoria eſt, Græco vocabulo ἐφημερίς [...] ρας συμπιπτόντων ἀπογραφή. Suidas: Latini Diarium vo[...] *lius lib. 5. cap. 18.*

Hiſtoria differt à fabula: Quia fabula neque veras, neque [...] ſimiles continet res: quapropter Muſæ apud Heſiodum [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

… in hunc fere modum de ſe prædicant: Scimus falſa quidẽ narrare ſimillima veris: ſcimus item, quoties libitum eſt, & vera fateri … lib. 1. Geographiæ proſari Politianus vertit *Sabellicus Enneado* … 5.

¶ DIVISIO.

Hiſtoria vel fabularis, & ea voluptatis gratia, vt in argumentis … orum: aut adhortationis, vt in fabulis Aeſopi: vel ad fidem, … per turpia contexitur, vt in quibuſdam poeticis figmentis: aut … tegitur velamine: quod ſolum veteres genus Philoſophi ad … runt.

… tur ſpecies Hiſtoriæ:
- *Vel enim de locis eſt: vt Geographia.*
- *Vel de temporibus: vt Chronica.*
- *Vel de generatione. vt Genealogia.*
- *Vel de geſtis: vt Annales hiſtoriæq; cætera.*

… menta Hiſtoriæ:

| | | |
|---|---|---|
| *Perſona,* | *Tempus,* | *Materia,* |
| *Cauſa,* | *Modus,* | *Res.* |
| *Locus,* | *Inſtrumentum.* | |

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Nihil vtilius iucundiuſque cogitari poteſt, quam in humanæ vi… theatro, quod hiſtoria partibus omnibus mire inſtructum ha… [pru]dentem periculis aliorum, ſine ſuo periculo, cautum ſapien… [e]fficere: exempla capere omnigena, quæ ad vſum tuum vtiliter … ter in re traducas. Cumque maximorum hominum de ſum… rebus maximis conſiliis interfueris, id quod cupidiſſime homi… …, eorundem etiam euentibus intereſſe, & quod per an… … vitæ hominum impoſſibile ſit alioqui ſecula tota memo… … conuigere maximorum imperiorum auſpicia, progreſſus, & fi… … videre: malorum ſeu priuatorum, ſeu publicorum cauſas li… … de cognoſcere: in omni ardua magnaq; re, qui ante te periclita… …, qui in diſcrimine te præcedat, habere: nec vſquam experimẽ… … deſtitui, ac vt in ſumma è retroactis (quod proprium ſa… … viri officium eſt) futura ſcienter in omneis euentus perſpi… … præſentia iudicare. *Diodorus Siculus in proœmio vitarum Philippi & Alexandri.*

Nullis ex libris plus vtilitatis capi poteſt, quam ex eorum monu… …, qui res publice priuatimq; geſtas bona fide poſteris prodi… … Ex bonæ enim fidei ſcriptoribus ſuper alias innumeras hæc … capitur vtilitas: quod non res æque vel bonorum Regum … ad res cum laude gerendas accendit: vel Tyrannorum cupi… … cohibet ac refrenat, dum vtriq; cernunt horum literis ſuam … mox in totius orbis, imo ſeculorum omnium thea… … producendam: Et quicquid in abdito nunc vel patrant, vel a… … fuco prætexunt, vel metu diſſimulari cogunt, verius quam i… …, paulo poſt clariſſima in luce ſub oculis omnium tradu… …, quam iam metu pariter ac ſpe libera poſteritas, nec vllo … corrupta ſtudio, magno conſenſu recte factis applaudet, parique li… … his diuerſa explodet, exibi labitque. *Eraſm. in præfat. in* …

Rerum ad actiones moreſq; noſtros pertinentium ratio ab hi… … etiam Poetis & Oratoribus petenda eſt: Quoniam ii & be… … laudando, & quæ contra, facta ſint vituperando, non do… … quidem, ſed quod efficaciſſimum eſt, exemplis propoſitis, quæ … ſecuſue fiant, velut in ſpeculo oſtendunt. *Rudolph. Agricola de formandis ſtudiis.*

In hiſtoria veritas obſeruatur: in poeſi omnia ad delectationem … *Cic. in 1. de legib.*

… voluptatem, fingendo non modo falſa, ſed etiam incredi… … *Fab. Quint. l. 10. inſtit.*

Hiſtoriæ proprium eſt, vera, non falſa ſcribere, atq; hoc ſine o… …, *De hiſtorica veritate.*

Hiſtoriæ finis eſt veritas, nec oſtentationi, ſed fidei veritatique hi… … componitur. Ergo hiſtoria non debet egredi veritatem, & ho… … factis veritas ſufficit. *Strabo li. 1. Geograph.*

Haud ignoro, ſatis eſſe hiſtoriæ, ſi ita vera: quæ vt reliqua habeat … veritatem non habet, obtinere nomen ſuum non poteſt. Sed tamen iucunditas orationis detinet lectorem, vt res illas geſtas … cognoſcere, neq; id ſemel, cui lectio vna ſufficit vel Liuii, vel …, vel Thucydidis? Quis non authores illos ſæpius ſumit in …, & ſæpius perlegit? *Viues lib. 2, de cauſ. corruptarum artium.*

Experimenta noſtra accedunt ætate, & rerum actibus: aliena ex … priori memoriæ diſcuntur, quæ hiſtoria nuncupatur: … efficit, vt præteritis non minus videamur interfuiſſe, quam … præſentibus: illiſque perinde vti poſſe ac noſtris. Merito Sacerdos Ægyptius Solonem & Græcos, qui recordationem priſcæ memo… … non tenerent, pueros appellauit, Hiſtoria ſi adſit, ex pueris fa… … ſenes, ſin abſit, ex ſenibus pueros. *Idem lib. 5. de tractandis diſciplinis.*

Herodoti Halicarnaſſæi hiſtoria hæc eſt, vt neque ea, quæ geſta … ex rebus humanis, obliterentur ex æquo, neque ingentia & ad… … miranda opera, vel à Græcis edita, vel à Barbaris, gloria fraudaren… … *Herodot. in proœmio.*

In omni rerum geſtarum narratione illud ſcribentis videtur eſſe … officium, vt libris ſingulis ciuitatum aut Regum facta integra, ab initio ad finem vſque comprehendat: quod ita præcipue narratæ res fideliori memoria retineantur, & aptiores fiant ad cognoſcendum. Quæ enim interrupta finem principio continuum non habent, ea intentionem & ſtudium legentium abrumpunt: quæ vero non continentur, ad exitum deducuntur, abſoluta vtiq; rerum ipſarum vtuntur declaratione. *Hiſtoriographi munus.*

Hiſtoriæ vtilitas eſt magna. Hæc enim felicitatem nobis participat, & citra vllum documentum prodeſt homini. Quid enim pulchrius, quam non, quod alii egerint, quærere, ſed quid optime actũ ſit, nobis proponere, ad imitandum ſeniorum conſilia, quos longa ætas prudentiores efficit, laudantur à iunioribus: at hos tanto antecellit hiſtoria, quanto plura exempla complectitur diuturnitatis temporis, quam hominis ætas. Præterea iuniores hiſtorica lectio antiquioribus æquat prudentia. Adde, quod natu maioribus rerum experimementa ſubminiſtrat, priuatos viros imperio dignos efficit, Imperatores ob immortalem gloriam ad præclara facinora impellit: & vt in ſumma dicam, omnium rerum ſeries, quibus hominis felicitas paratur, tribui hiſtoriæ debet: eſt enim cuſtos eorum, quæ cum virtute acta ſunt, teſtem ſe malefactis præbent. *Plin. lib. 8. epiſt. ad Laceran. Diodor. Sicul lib. 1. de fabuloſis antiquorum geſtis.*

Hiſtoriarum & Poetarum lectio prodeſt ad parandam perfectam virtutem, & ad curam Reipubl. *Philo de ſacrificiis Abelis & Caini.*

Hiſtoria in Atlantico deſcripta vera fuit, tum quia vbi aliquid fingit, ſolet fabulam nominare: deinde idem in Timæo adſerit, appellans miram, ſed omnino veram, & à quibus deſumpta ſit, recenſet, id eſt à maioribus ſuis & gentilibus: præterea Proclus de rebus Aethiopum hæc manifeſte confirmat. *Ficin. in Platon. Atlantium.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hiſtoriæ laus & encomium, nec vlla res vtilior eſt.

*Illa ego quæ geſtis præſum cuſtodia rebus,*
*Digero quod caueas, quodq; ſequaris iter.*
*Priſcaq; ne veteris vaneſcat gloria ſæcli,*
*Viuida defenſant, quæ monumenta damus.*
*Et ſua virtuti per me ſunt præmia, rurſum*
*Impia famoſis defero facta notis.*
*Eloquor, & ſummi quantum iactatur & imi:*
*Eloquor & cæcæ faſque nefaſque Deæ.*
*Quod maius theatrum circuſq; capacior, aut quæ*
*Doctior humanas ſcena referre vices,*
*Me ſine quis prudens: vnde experientia maior?*
*Quis me adiit tandem non mage doctus eat?*
*Omnis enim noſtro pendet prudentia ſenſu,*
*Riteque nil noſtra qui caret arte, ſapit.*

Aliud Hiſtoriæ encomium.

*Omnibus vtilitas multum, ſi vera fatemur,*
*Humana ingeniis ſenſim prouecta Minerua.*
*Debet ab obſcuris per quæ mortalis egeſtas*
*Emerſit tenebris ſumma ad faſtigia lucis:*
*Per quæ deterſa illuuie, victuque ferino*
*At nitidam Cererem potior atque tecta latebris*
*Egreſſa adiecit, curam noua vita recentem,*
*Orbe nouo Agreſtum, medicandoque edidit artem*
*Paulatim varias & commoda plurima paſſim.*
*Repperit in medium referens, veteremque peroſa*
*Ritum, ciuili pedetentim pectora more*
*Imbuit & ſtudiis ſeſe oblectauit honeſtis.*
*Hic nitor ingenuus rerumque politior vſus:*
*Hinc hominum iuſti cœtus atque oppida primum*
*Condita, concubitus miſti ſine lege repreſſi:*
*Hinc pudor & ſancta ſocialia fœdera teda,*
*Et thalamus concors & caſti ceſtus amoris*
*Extitit, & frenos Venus impermiſſa momordit,*
*Vis æquo, iurique locum ſine cæde reliquit:*
*Faſque Deum, ſubiit menteis, Aſtræaque virgo,*
*Et pietatis honos ſuperiſque accepta ferendis*
*Relligio paxque vna potens, niſi credere nollet:*
*Et facere humanum genus & ſeruare beatum,*
*Hic quanquam veteres cæleſti carmine vates,*
*Non minimum populos ſibi promouere, canoris*
*Dum numeris mouere feras ſyluaſque ſequenteis*
*Traxere & plectro manes domuere profundos*
*Et qui ſidereos orbeis, ſoliſque labores,*
*At lunæ varios ſimulantis cornua vultus,*
*Falciferique ſenis ſtellam, natique benignum*
*Lumen & Odriſii iubar exitiale gradiui,*
*Tranquillaſque faces placidi radioſque Diones,*
*Mercuriique citis verſum talaribus aſtrum,*
*Fataque fortunaſq; virum, docuere ſagaces.*
*Quique dolos primi cæcos diſſoluere elenchi*
*Fallacis, linguaque animos vincire diſerta:*
*Qui morbos ſanare herbis & vulnera lectis,*

*Atque Machaonia Parcas inhibere medela*
*Aggreſſi, qui quid vitium, quid praua libido*
*Turbet, agens animos cæcis ambagibus ægros:*
*Contra quid virtus ratione inſtructa ſalubri,*
*Conferat, aduerſos caſus ſortemq; malignam*
*Deſpiciens ſubigenſq; metus, & gaudia vulgi,*
*Speſq; leues ridens, & opum certamina victrix*
*Fortunæ & mortis terrore excelſior omni*
*Eximio ſtudio, & cura inuenere magiſtra:*
*Omnibus iis quamuis mortalis vita iuuetur,*
*Plurimum & in pretio ſæclorum iure ferantur*
*Nulla tamen doctam res vtilitatibus æquat*
*Hiſtoriam, ſola hæc annos & tempora nobis*
*Præterita & priſci memorans inſignia mundi.*
*Suggerit ignauis quicquid longæua vetuſtas*
*Geſtorum tenebris tegit & caligine voluit.*
*Immenſoq; ſitu atque altis premit inuida luſtris:*
*Hæc nobis rerum primæua ab origine pandit*
*Omnia: vt obſcuro pulcher concreuerit orbis*
*Principio, blanduſque nouis effulſerit æther*
*Ignibus, & tellus hic montibus ardua celſis*
*Hic in planiciem & campos effuſa patenteis*
*Protulerit ſubito nemora & genus omne ferarum,*
*Aſperſas maculis tigreis Libycoſque leones,*
*Fulmineoſque ſues, & recto vertice regem*
*Cunctorum de limo hominem traxiſſe figuram*
*Progenerante Deo Diuum mundique capacem.*
*Hæc eadem ſeruatum vnum cum coniuge iuſtum*
*Diluuio ſtagnante refert, rubrumque per æquor*
*Hebræis patuiſſe viam, merſaſque quadrigas*
*Gurgite Niliaci rurſus refluente tyranni,*
*Et quicquid ſacræ teſtatur pagina famæ*
*Hæc ſcimus prodente Ducum, Heroumque potentum*
*Nomina fortunas, vires, & geſta tot vſquam*
*Millibus annorum diuerſis partibus orbis,*
*Hæc tumidum Xerxis flatum, pauidamque recenſet*
*Tempeſtate fugam, Perſas acieſque Barei,*
*Belleamque manum, Hannibalem Tyrioſque furores,*
*Romuleumque decus, raptos ab vtroque triumphos*
*Littore Cæſaribus.*

Dido apud Auſonium.

*Vos magis hiſtoricis lectores credite veris,*
*Quam qui furta Deum, concubituſque canunt,*
*Falcidici vates temerant qui carmine verum,*
*Humaniſque Deos adſimulant vitiis.*

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Demetrius Phalereus* Ptolomæum regem adhortari ſolebat, vt ſibi pararet libros de regno, deque militari imperio gerendo tractantes, eoſque euolueret: propterea quod de ea quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur. *Plut. in Græc. apoph. & Laer. l. 5. c. 5.*

*Theopompus* dicebat eum quidem optimum rerum bellicarum ſcriptorem eſſe, qui quam plurimorum certaminum ciuilium particeps fuerit & quam plurima etiam pericula caram expertus ſit, Inuenere autem voluit, eum tantum reuera eſſe bonum hiſtoricum, qui de his ſcribat rebus, quibus ipſe interfuit, *Polib. l. 12. hiſt.*

*Alphonſus* Capuæ laborans aduerſa valetudine: medicis multa medicamenta adhibentibus. in grauiſſimo morbo Quinti Curtii hiſtorias de Alexandri Magni rebus geſtis deſcriptas legere cœpit, cuius lectione delectatus cum omnem morbi improbitatem ſuperaſſet, ſanitati reſtitutus: Valeat, inquit, Auicenna, valeat Hippocrates, & alii medici, & viuat Curtius, reſtitutor ſanitatis meæ. *Anton. Panorm. de rebus geſt. Alphonſi, & Æneas Syl. de eius dictis.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*D. Chryſoſtomi.* Quemadmodum in agris termini columnæque non ſinunt arua confundi: Sic tempora non ſinunt confundi res geſtas, ſed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione. *Homilia 2. in Eſaiam.*

*D. Baſilii.* Quemadmodum ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex vnguento quoque præſtanti diffunditur odor: Sic è ſanctorum commemoratione geſtorum ad omnes prouenit vtilitas. *In Gordianum martyrem militem Cæſarienſem.*

*D. Auguſtini.* Quid prodeſt lectione continua tempus occupare, ſanctorum geſta & ſcripta legendo tranſcurrere: niſi ea maſticando & ruminando ſuccum bibamus, & tranſglutiendo vſque ad cordis intima tranſmittamus, vt iis diligenter conſideremus ſtatum noſtrum, & ſtudeamus eorum opera agere, quorum facta & verba cœpimus lectitare? *De ſcala paradiſi c. 10.*

*D. Gregorii,* Sicut ignotorum hominum facies cernimus, & corda neſcimus, ſed ſi familiari eis locutione coniungimur, vſu collocuti eorum, etiam cogitationes indagamus: Ita cum in ſacro eloquio hiſtoria ſola aſpicitur, nihil aliud quam facies videtur: ſed ſi huic aſſiduo vſu coniungimur, eius nimirum mentem quaſi ex locutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in verbis colligimus aliud eſſe quod ... quod ſonant: tanto enim quiſque notitiæ illius extra... quanto in ſola eius ſuperficie ligatur. *Lib. 10. Moral. c...*

*Polybii.* Perinde ac ſi quis oculos animanti effoderit ... ſupereſt corporis, inutile fit: Ita dempta ex hiſtoria ve... tio omnis inutilis eſt. *Lib. 1. Hiſtoriarum.*

*Quemadmodum* pugiles præclare & dextere ac fortiter ... corpora pugnantes plagam plagæ indeſinenter ... ctatoribus, neque ipſis certatoribus poſſibile eſt, ... pulſibus & plagis rationem reddant, ſed ſatis intel... efficacia virorum, tum vtrorumque concertatione, ... & viribus adhuc, & alacritate animi accipiunt: Ita qui... bus hiſtoriæ loquuntur: qui ſi cauſas vel modos ... diebus inuicem inſidias, inuaſiones, & impreſſiones ... runt, ſcribere vellent, neque ipſi enumerare poſſent, ... moleſtiam audientibus generarent, nec legentibus ... tis adferrent. *Lib. 1. Hiſtoriarum.*

*Quemadmodum* Tragœdiarum ſcriptores frequenter ... ſua, aut Diis aliquibus, aut machinis terminant, quod ... nabiliaque principia ſumant: Ita Hiſtorici ſimile qu... tur, & dum falſa ſumunt exordia, tandem ad Deos a... roas fugere coguntur, *Li. 3. Hiſtor.*

*Quemadmodum* medici nihil prodeſſe ægrotantibus ... morborum cauſas ignorant: Ita qui circa res geſtas ver... prorſus vtilitate carent, niſi & loci, temporis & cau... umque occaſionum ratio conſtet. Nam nec illi ... competenter curare, nec iſti quicquam ex rebus ... obire poterunt, niſi adſit eorum cognitio, de quibus ... *bidem.*

*Quemadmodum* regula etiamſi longitudine minor ... humilior ſit, tamen ſi id habet quod regulæ propr... vocatur: ſi vero ad rectitudinem & proprium regulæ ... rit, omnia potius quam regula vocari debet: Sic etiam ... phorum commentarii, etiamſi vel dictione, vel vſu ... piam ab iis partibus, quæ ipſis propriæ ſunt, aberra... tem retinuerint, nomen hiſtoriæ recipiunt: ſi vero ... cerint non amplius hiſtoriæ nomine vocandi ſunt.

*Locrenſium eſt hæc ſimilitudo apud* Polybium *lib. 12. ... procul a principio.*

*Quemadmodum* corpus animatum, ſi oſſa ſint ex... redditur inutile: Ita & hiſtoria, ſi veritatem illi abſt... liquum eſt, inanis redditur, *Lib. 12. Hiſtoriar.*

*Politiani.* Quemadmodum vſu videmus optim... prudenter reiici, cum ſordidius parati ſunt: Sic etiam ... quæ ornatu ſuo ac nitore vacat, contemnendam, ... exiſtimamus. *Lib. 10. Epiſt,*

*Ioannis Campani.* Vt anni vices poma, ſic ætates ... cori atque ornamento peperunt: nec tempus vllum ... quo & qui genere præclaras, & qui geſtas ſcribere ... abunde non tulerit: alteros vt tanquam meterent glo... alteros vt horreo penuque repoſitam inſtruendæ ... quam familiæ alendæ reſeruarent. *In Præfatione ... dreæ Brachii reb. geſtis.*

*Eraſmi Roterodami*, Sicut ſal modice cibis aſperſus ... gratiam ſaporis addit; Ita ſi paulum antiquitatis ... ris, oratio fiet venuſtior; ſi plus ſatis, nihil inſua... *libus.*

# Hiſtrio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

HIſtrio. Hiſtriones ſunt, qui muliebri indumento ... dicarum fœminarum exprimebant: ii autem ... hiſtorias & res geſtas demonſtrabant. Dicti autem ... ſiue quod ab Hiſtria id genus ſit adductum, ſiue quod ... hiſtoriis fabulas exprimerent, quaſi hiſtriones. *Iſidor. Orig. ...* 48.

### ¶ PHILOSOPH. SENTENT...

De hiſtrionibus. DIAL. XXVIII.
Franciſci Petrarchæ.

GAVD.

Delector hiſtrionum iocis. R. Nobilior multo ... la eſt, quæ de modulatione muſica liberali ſcilicet ... percipitur, hæc ſolius vanitatis & impudentiæ plena ... ſtrionibus delector. R. Malim pauperibus, malim ... bus, malim tandem ſolitudine delecteris. G. Hiſtrion... riſum mouent. R. Quid tu illis? quoties de ſe ... tem riſit hiſtrio? quoties ſe mirantis amentiam ... aliquid, quo falſo illum, vere ſe autem delectaret. G. ... doctos habeo. R. Habes, de quibus rideas, quique ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…lunt. Peſtis diuitum peruetuſta, quæ ab Etruſcis orta Romæ adeo, eoque fiduciæ eſt euecta, vt Æſopus hinc quæſitum …onum incredibile atque immenſum filio dimiſerit, & Ro… vagam ſparſamque rem arte collegerit, de hiſtrionica librum …, in quo artem ſuam oratoriæ, ſeque perinde Ciceroni æ… non erubuit; eam ſcilicet ob cauſam, quod affectus animi, …cuiſque abditos, quos Cicero verbis ornatis varie pronuntia… alio modo, ſed affectu pari geſtibus aptis exprimeret. Et … fuit ille mirus artifex, nec ſcio, quid tam durum eſſe vel tam … potuerit, quod non facile leniiſſet, non dico, qui facil.mi, at… …miſſimi Ciceronis amicitiam ingenio meruit, dignuſque, pro … tantos orator verba faceret, & de quo ſcriptum opus memoriæ …terorum traderet, eſt habitus. Sed qui tetricum ac ſuperbum Syl… …mum inflexit, & ab illo omnium contemptore admiſſus in …tum, annuloque aureo donatus eſt, qui tot graues & ſeueros …, ſenatumque illum per frena orbis agebantur, quoties voluit, …um ac lætitiam coegit, qui populum Romanum tantum & tã … ſic illexit, vt diurnũ ſalarium de publico mille denarios ſi… …alibus ac miniſtris ſolus ipſe perciperet. Magna merces, quam … lingua fingatur moneta, non ſine mira quadam & inſolita a… …e animi hoc fieri poſſe conſenſerim, vt ſi quis vſquam Roſcius …, non tibi fore ſit vetitum, quod Ciceroni licitum fuit, non … ludis interdum, ſed familiaritate eius & ingenio vti. Eſt enim …is, inter ſe quanquam ſtudio & profeſſione diſtantibus, mul… …gatio, vbi vero hunc quærimus, multum breui tempore no… …m artium retroceſſere: ne dicam hiſtrioniam, quæ eo rediit, …cilli deditos, corrupto guſtu falſoque iudicio eſſe non ſit du… …um. Profecto enim conſequens eſt, vt quibus mala bene ſapiunt, bona illis ignota ſint. Et curis nobilibus inſuetos eſſe, qui vilibus delectantur. G. Multi cotidie me frequentant hiſtriones. R. Frequen… …e deſinent, quum tu diues aut largus (dicam rectius) quum tu …tus & prodigus eſſe deſieris. G. Magna mihi acies hiſtrionum … R. Immo muſcarum, quæ te vnctum comitentur, ſiccumq; de…, nec deſtituiſſe ſufficerit, niſi hunc plauſum par ſequitur …. Sunt linguæ, quibus quies ac ſilentium pœna eſt, nunquã … de aliis loqui iuuat aut falſo laudant, aut liuide detrahunt, … quorum nequeunt mordere diuitias, famam mordent. Vna eſt …onum atque paraſitorum lex; vtriq; blandit iis armati poſt for… …unt. Verum illis ventrem impleſſe ſatis eſt, his alia fames, … iniuriæ genus eſt, implenda cupiditas fundo carens.

Hiſtriones cur improbis mentibus magna ex parte ſunt? quia nõ … ſtudio ſapientiæ, & incontinentiæ operam dant. *Ariſtot. … ſec.30. nu.9.*

# Homicidium.

DEFINITIO ET ETYMOL.

Homicidium, Græce φόνος, ου, ὁ, φονεὺς, έος, ὁ, homicida dicitur. Eſt autem homicidium hominis ab homine facta cæſio. Homicidium voluntarium dicitur, quod animo & intentione … hominem cum effectu perpetratur. Componunturq; homicida & homicidium ex homo & cædo.

¶ BIBLICI LOCI.

Homicidii pœna. *Leuit.* 24. *v.* 27. *Num.* 35. *Verſic.* 16. 31. 1. *Reg.* 2. 34. … 14. 5. *Eſaia* 26. 21. *Thren.* 4. 13. 14. *Ezech* 22. 4. *&* 36. 17. *Matt* … *Luc* 11. 50.

Homicidæ fugientis lex, *Deut.* 19. *Verſ.* 4. Homicidarum mos, *Iob.* 24. 14. Eorum qui contra hominum opinionem pro homicidis apud Deum cẽſentur tres gradus conſtituuntur, *Mat.* 5. 22. Vnus gradus eſt eorum, qui intus duntaxat aduerſus proximum commouentur. Alter eorum, qui eo vſque efferueſcunt, vt iracundum aliquid …ant. Tertius deniq; eorum, qui in apertum aliquod conuitiũ …. Homicida Diabolus, *Io.* 8. *V.* 44. Homicida eſt, qui fratrem odit, 1. *Ioan.* 3. 15. Homicida voluntarius occidendus. *Deut.* … &c.

Homicidium quam execrandum, *Geneſ.* 4. 11. *Exod.* 21. 28. 1. *Reg.* … damnatur, *Geneſ.* 9. 6. *Exod.* 20. 13. *Deuteron.* 27. 24. *Pſalm.* … *Prouerb.* 6. 17. *Ezech.* 33. 23. *Matth.* 5. *v.* 21. *&* 26. 52. *Rom.* 1. 29. *Gal.* 5. … *Pet.* 4. 15. Homicidium voluntarium, *Exod.* 21. *V.* 12. 14. *Deuter.* 19 … *Exod.* 21. 13. *Nu.* 35. *V.* 22. 23. 24. 25. *Deuter.* 4. *V.* 41. 42. *&* … Homicidium, cuius author ignoratur, quomodo expiandũ, *Deuter.* 21. *V.* 1. 2. 3. 6. 7. Homicidii variæ ſpecies. *Prou.* 28. 24. *Eſai.* 1. 21 … *Ezech.* 9. 9. *Mich.* 3. 10. *Matth.* 5. 22. *Ioan.* 8. 37. 44. *Apoc.* 9. … *&* 13. 10. *&* 15. 6. *&* 21. 8. *&* 22. 11.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Homicidium ſpirituale.*

Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. 1. *Ioan.* 3.

*Homicidium corporale firmiter prohibetur.*

Non occides. *Exod.* 20. *&* 23. *Deut.* 5.

Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. *Gen.* 9.

Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte morietur. *Exod.* 21.

Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur. *ibid.*

Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit: ita tamen, vt opera eius & impenſas in medicos reſtituat. *ibid.*

Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantẽ & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno, quãtum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede vulnus pro vulnere. *ibid.*

Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit. *ibid.*

Qui percuſſerit hominem, & occiderit, morte moriatur. *Leuit.* 24.

Si quis ferro percuſſerit & mortuus fuerit: qui percuſſerit, reus erit homicidii, & ipſe morietur. *Num.* 35.

Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur. Si ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur. *Ibidem.*

Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. *Ibid.*

Nemo occidatur, vna contra ſe dicente teſtimonium. *Deuteronom.* 17.

Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

*Frequenter oritur ex inuidia.*

Sic Iudæi Chriſtum cruci affigi iuſſerunt: Sciebat enim, quod per inuidiam tradidiſſent eum. *Matth.* 27.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiore ac legitima poteſtate vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. *Auguſtinus libro ſecundo contra Manichæos, & habet* 23. *quæſt.* 24. *Ille gladium.*

Si non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere innocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt: & tanto nocentior, cum ſe occiderit, quanto innocentior in ea cauſa fuit, qua ſe occidendum putauit. *Auguſt. lib. de Ciuitat. Dei & hab.* 23. *d.* 5. *Si non licet.*

De occidendis hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit miles aut publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ, *Idem ad Publ. & hab.* 23. *q.* 5. *De occidendis.*

Qui ſine publica adminiſtratione maleficum interfecerit, veluti homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem à Deo non conceſſam vſurpare non timuit. *Idem lib.* 1. *de Ciuitate Dei.*

Homicida dicitur Diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus, ad hominem venit. Verbum ſeminauit & occidit: noli ergo te putare non eſſe homicidam, quando fratri tuo mala perſuades, occidis: vt ſcias, quia occidis, audi Pſalmiſtam: Filii hominum dentes eorum, arma & ſagittæ linguæ eorum, & machæra acuta. *Idem ſup. Ioan.*

Homicidium lege vetitum, putabatur non aliud eſſe, niſi corporis peremptio. Aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari. *Idem & hab. de pœnit. diſt.* 1. *Homicidium.*

Periculoſe decipiuntur, qui æſtimant eos tantum homicidas eſſe, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum conſilium & fraudem, & hortationem, homines extinguuntur, *Aug. & hab. ibid. Periculoſe.*

Si quis non iratus, ſed propter diſciplinam aliquem verberauerit, vel palmam alicui dederit, & caſu occiderit: ſicuti fieri ſolet, quãtum ad gratiam innocens eſt, quia voluntatem non opus requirit, quantum autem ad regem, reus eſt: quia opera lex quærit. *Hier. & hab.* 15. *q.* 1. *Si quis.*

Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere. *Hieron. in Ionam Prophetam & habet* 23. *quæſt.* 5. *Non eſt noſtrum.*

Omnis iniquitas, & oppreſſio, & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt licet gladio non occidas, voluntate tamen interficis. *Hier & hab. de pœnit. diſt.* 1. *Omnis iniquitas.*

Miles quum obediens poteſtati, ſub qua legitime conſtitutus

eſt omnia

eſt hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidii, imo niſi fecerit, reus eſt imperii deſerti atque contempti. Quod ſi ſua ſponte atque authoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque vnde punitur, ſi fecerit iniuſſus, inde punietur, ſi non fecerit iuſſus. *Hier. in Ionam Prophetam. & hab. 23. q. Miles.*

Cum miniſter iudicis occidit eum, quem iudex iuſſit occidi; profecto ſi id ſponte facit, homicida eſt etiamſi eum occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi. *Hieron. in quæſt. Exod. & hab. 23. q. 5. Cum miniſter.*

Lex æterna ita medio quodam loco poſuit aliqua, vt in eis vſurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis iure laudetur obedientia, Abraham ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur: at iubenti Deo obſecundans famulatus eſt; *Hier. ibid. Lex.*

Pythagoræ præceptum fuit, niſi iuſſu Imperatoris, ſcilicet Dei, de ſtatione non diſcedere, id eſt animam è corpore non educere. *Ambroſ. lib. 3. de Offic.*

Si in mortem Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec ducem haberet: ſed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miſcere formido. *Greg. & hab. 23. q. 8. Si in mortem.*

Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. *Greg. ſup. Ezech.*

Non intereſt quis occidat, ſi innocentem aliquis occidendum eſſe pronuntiet. *Caſsiod. ſup. Pſal. 62.*

### ¶ Poeticae Sententiae.

Pallades.

*Εἰ τοὺς ἀνδροφόνους εὐδαίμονας ὄντας ὁρῶμεν,*
*Οὐ πάνυ θαυμάζω· τοῦ Διός ἐστι γέρας.*
*Τὸν γὰρ γεννήσαντα μεμισηκὼς, καὶ ἐκεῖνος*
*Κτεῖνεν ἄν, εἰ ὁ Κρόνος θνητὸς ἐτύγχανεν ὤν,*
*Ἀντὶ δὲ τοῦ κτεῖναι, σὺν τοῖς Τιτῆσι κολάζει.*
*Δέσμιον ὡς λῃστὴν εἰς τὸ βάραθρον ἐνείς.*

*Si homicidas felices eſſe videmus,*
*Non valde admiror. Iouis eſt honor.*
*Genitorem enim odio perſequens & ille*
*Interfeciſſet vtiq; ſi Saturnus mortalis fuiſſet.*
*Sed loco cædis cum Titanibus punit.*
*Ligatum tanquam latronem in barathrum immittēs.*

Ouid. Faſt. lib. 2.

*Ah nimirum faciles, qui triſtitia crimina cædis*
*Fluminea tolli poſſe putatis aqua.*

Idem art. lib. 1.

*Vacuas cædis habete manus.*

Silius lib. 4.

*Cædumq; feros auertite ritus.*

Tibul. lib. 3. Eclog. 8.

*Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis*
*Dextera, nec cuiquam certa venena dedit.*

Iuuenal. ſatyr. 10.

*Et qui nolunt occidere quenquam*
*Poſſe nolunt.*

Idem ſatyra vltima.

*Sed iam ſerpentum maior concordia parcis.*
*Cognatis maculis ſimilis, fera quando leoni.*

### ¶ Philosophorum Dicta.

Homicidium iræ cauſa bifariam diſtinguitur. Nam peragitur cædes ab his, qui de repente, & nulla occidendi præmeditatione plagis, aut aliquo huiuſcemodi impetu confeſtim oriente, aliquem occiderint, & pœnitentia ſtatim factum ſequitur. Vel, qui verbis antea laceſſiti, aut contumeliis factis vltionem proſequentes poſtea aliquem occiderint: volentes ipſum occidere, & nulla ſequitur ad factum pœnitentia: hic voluntario ſimilis eſt, ille inuoluntario, ſeu potius inuoluntarii imago: contra primum leniores pœnas, contra ſecundum grauiores ſancire oportet. *Plat. de leg. dia. 9.*

### ¶ Exempla Biblica.

Homicidii & occiſionis exempla: Cain, *Geneſis* 4.8. Sichem. Leui, & alii 34.25. Moyſes, *Exod.* 2. *verſ.* 11.12. Phinees, *Num.* 25.7.8 Ioſuah & Iſraelitæ, *Ioſ.* 6.20.21. & 8. *verſ.* 22.23. & 10.20. & c. & 11.11. Gedeon, *Iudic.* 7.25. & 8.21. Abimelech, 9.5. Mulier quædam 53. Iahel. 4.21. Samſon 15.15. Iſraelitæ, 20.44.45.46. Ionathas & armiger, 1. *Sam.* 14.14. Saul, 15.7.8. Dauid 17.50. 2. *Samuel.* 11.15. & 12.9. Doeg. Idumæus, 1. *Sam.* 22. *verſ.* 18.19. Puer Dauidis 2. *Samuel.* 1. *verſicul.* 14.15. Ioab, 3.27. Pueri Dauidis, 4.12. Baan, Rechab, &c. *verſ.* 7. Viri Rabba Abſalonis, 13.28.29. Ioab & eius Armigeri, 14.14.15. Ioab. 20.9.10. Gabaonitæ, 21.9. Banaias, 23.21. 1. *Regum*, 2.34 Pharao Salomonis ſocer. 9.16 Leo, 13.24. Baalais 18. Zimbri, 16.10. Elias, 18.40. Filii Iſrael, 20.20. Vir quidam, 22.34. Rex Moab, 2. *Regum* 3.27. Turba, 7.17. Iehu eiuſque Duces & milites, 10.7. Athalia, 11.1. Centuriones. *verſ.* 16.20. Serui, 12.21. Rex Syriæ, 13.7. Amaſias. 14.7. Sallum. 15.10. Manachen, 14. Phacee, *verſ.* 25. Oſeæ, *verſ.* 30. Rex Aſſyriorum, 16. *verſ.* 1.2.9. Serui Amon, 21.23. 2. *Paraliy.* 23.24. Ioſias 2. *Reg.* 23.20. Nabuchodonoſor, 25.7. Saul, 1. *Paralipom.* 10.4. Ioas, 2. *Paralip.* 24.22. Amaſias, 25.11.12. 27. Iudith. *Iudith.* 13.8.9.10. Rex Babilonis, *Ierem.* [illegible] Gobria & Gadata, ſatrapæ. Cyri, interfectores Ba[illegible] *teſte Xenophonte lib.* 7. Duo Presbyteri, *Daniel* [illegible] 20.21. Alexander, 1. *Macch.* 1.2. Iudas. 3.11. & 5. [illegible] 48. Tryphon, 13.22. Ptolomeus cum ſuis, 16.16. An[illegible] 4.43. Populus, 41.42. Antiochus, 5.12.13. & 6.10. Iu[illegible] cum ſuis, 8.30. & 12.26. Doſitheus & Soſipater. *verſ.* [illegible] ſcalonita, *Matth.* 2.16. Herodes Antipas, 14.10. He[illegible] *Act.* 12.1. Agricolæ, *Matth.* 21.38. Theudas, Iudas [illegible] Iudæi, 7.52. 1. *Theſſ.* 2.15.

---

# Homo.

### ¶ Biblici Loci.

Homo, Græce ἄνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, dicitur. Eſt autem [illegible] mal rationale, & mortale. Diciturque non ab h[illegible] inquit, quoniam id eſt commune omnibus a[illegible] concordia: nam ὁμόνοια, ας, ἡ, concordia eſt, & conſen[illegible] quod eſt concordo, conſentio. Eſt enim homo omni[illegible] maxime ſociabilis. Quare à conſortio & concordia [illegible] ctum exiſtimamus. Ab homo veniunt eius dimin[illegible] homunculus, qui Græce ἀνθρωπάριον dicitur.

### ¶ Loci Biblici.

Homo ad imaginem Dei formatur, *Geneſ.* 1.27. [illegible] Deo rectus creatus, *Eccleſ.* 7.30. è limo terræ fa[illegible] *Corinth.* 15.45. collocatur in paradiſo voluptatis, *Gen.* [illegible] 8.15. illic corrumpitur, 3. *verſic.* 6.7. *Rom.* 5.12. Eius [illegible] nihil niſi corruptum profert, *Geneſis.* 6.5. & 8.12. [illegible] 9. *Matth.* 17.11. *Ioan.* 3.19. *Roman.* 3.4. & 8.7. *Epheſ.* [illegible] ptionis eius pœnæ: prima labor & mors, *Geneſ.* 3.17 [illegible] è paradiſo voluptatis. *verſ.* 23. Tertia generatio po[illegible] r ç Dei & peccato, *Pſalm.* 51.6. *Epheſ.* 2.3. naſcuntur [illegible] 7. Peccatores, *Geneſ.* 6.5. & 8.21. 1. *Reg.* 8.46. *Iob* [illegible] 143.2. *Prouerb.* 29. & 24.16. *Eccleſ.* 7.21. *Eſa.* 53.4. [illegible] 6. *Rom.* 3.9.10.12.20.23. & 5.12. & 11.32. *Gal.* 2.17. & [illegible] *verſ.* 8.10. & ſortis miſeræ & infelicis, 2. *Sam.* 14. [illegible] 15. *Iob.* 7.1. & 14.1. *Pſalm.* 39.6. Vana, *Iob.* 1.21. & [illegible] 8.5. & 39. *verſicul.* 6.9. & 49.18. & 62.10. & [illegible] & 144.4. & 146.3. *Eccleſ.* 4.3. & 5.14. *Eſa.* 31.3. & [illegible] *cul.* 8.12. *Ierem.* 17.5. 1. *Corinth.* 3.20. 1. *Timoth.* 6.7. [illegible] 24 Morti obnoxii, *Pſalm.* 89.49. 1. *Samuel.* 6.9. [illegible] 10. & 9. *verſicul.* 3.10.11. *Rom.* 5.12. *Hebr.* 9.27. *Vide* 1. [illegible] 4.15.

Hominis vocabulum primo interdum inſidente [illegible] ter quemuis hominem ſignificat, & pro, quidam [illegible] orum more, *Matth.* 16.26. & 20.1. *Marc.* 8.36. *Luc.* [illegible] interdum de ſingulari quodam dicitur, *Matthæi* [illegible] Tertio interdum per quandam ſimilitudinem & pa[illegible] tur, *Matthæi* 7.9. & 18.23. Quarto interdum non tam [illegible] eius corruptionem & errores deſignat, *Matth.* [illegible] Quinto, collectiue ſignificat Eccleſiam ex Iudæis & ge[illegible] quaſi corpus collectam & compactam, *Epheſ.* 2. *verſ.* [illegible] minem Paulus à capite, omnium præſtantiſſima [illegible] cat Chriſtum, 1. *Corin.* 12. *v.* 12. Sexto qualitatum in [illegible] mo alias internus & nouus, alias internus & vetus [illegible] *verſicul.* 24. Septimo, συνεκδοχικῶς homo alteram [illegible] immortalis eſt, & ſpiritui opponitur, ſignificat. 2. *Cor.* 4. [illegible] ctauo relationem & ordinem ſi ſpectes, præ aliis [illegible] ctis Scripturis, Homo prius & ſecundus, 1. *Cor.* 15.47. [illegible] nis autem (quæ inter ſummum Dominum & Patrem [illegible] nis filios) eſt ratione, homo Dei nuncupatur is, qui [illegible] tiam eidem præſtare ſatagit, 1. *Tim.* 6.11. 2. *Tim.* 3.17. [illegible] ξοχὴν Chriſtus Ieſus, Redemptor mundi, Homo dici[illegible] Vndecimo, cum epitheo peccati Antichriſtum ſignifica[illegible] 2.3. Duodecimo, à gubernatoribus dicitur, alius quidam [illegible] alius vero ſpiritualis, 1. *Cor.* 2.14. Decimo tertio, [illegible] *Matth.* 10.35.

Hominis partes Anima & corpus, *Matth.* 10.28. [illegible] Homo non fruſtra creatus. *Pſalm.* 89.48. Hom[illegible] manu Dei, ita vt ea vel emolliat, vel induret, [illegible] rit, *Geneſis.* 31.24. & 43.14. *Exod.* 4.21. & 7.3. *Leuit.* [illegible] *ronom.* 2.30. & 28.65. *Ioſ.* 11.20. *Iud.* 9.23. 1. *Samuel.* [illegible] *muel.* 17.14. *Reg.* 58. & 18.37. 2. *Paralipom.* 36. [illegible] 6.22. & 7.26 *Nehem.* 7.5. *Iob.* 12.20.24. *Pſalm.* 33.15. & [illegible] 44.45. & 107.40. & 119.36. *Prouerb.* 15.11. & 16.7. & [illegible] 3.26. & 7.18. & 10.15. & 63.17. *Ierem.* 24.7. *Ezech.* [illegible] & 12.13. *Daniel.* 1.9. *Agg.* 1.14. *Marc.* 11.36. *Act.* [illegible] 10. 2. *Cor.* 8.16. 2. *Theſſ.* 2.10. *Apocal.* 17.17. [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

probantur, *Prouerb.* 17.3. & 21.2. fide ille purificat. *Act.* 13.9. Ho- ... pro eo quem Spiritus Dei regit, vt Prophetam & Dei inter- ... Hebraiſmus, 1. *Tim.* 6.11. 2. *Tim.* 3.17. Hominis præ reliquis creaturis excellentia. *Pſalm.* 8. *Verſic.* 6. *Matth.* 6. 26. & 12.12. ...

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Hominis veteris renouatio.*

Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo Dominus de cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cæleſtis, ta- ... cæleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis. 1. *Cor.* 15.

Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui in- tus eſt, renouatur de die in idem, 1. *Cor.* 4.

In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neq; præ- putium, ſed noua creatura. *Gala.* 6.

Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo docti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu. Deponite, ſecundum pri- ſtinam conuerſationem, veterem hominem qui corrumpitur ſecū- dum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſti- tia & ſanctitate veritatis. *Epheſ.* 4.

Nunc autem deponentes vos omnia, iram, indignationem, ma- litiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite men- tiri inuicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem Dei ſecun- dum imaginem eius, qui creauit illum. *Coloſ.* 3.

*Hominis nobilitas ob animæ ſublimitatem.*

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, *Geneſ.* 1.

Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. 9.

Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, *Pſal.* 8.

Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad ima- ginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. *Sap.* 2.

*Humilitas ob materiæ vilitatem.*

Formauit igitur Dominus hominem de limo terræ. *Gen.* 2.

Manus tuæ Domine fecerunt me. Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. *Iob.* 10.

Homo vanitati ſimilis factus eſt. *Pſal.* 143.

Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. *Sap.* 7.

Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. *Ec. l.* 17.

Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt, abo- minatio eſt, qui elegit vos. *Eſa.* 41.

Væ qui contradicit factori ſuo teſta de ſamiis terræ. Nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt. 45.

Exortus eſt ſol cum ardore & areſecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Ita & diues in itineribus ſuis marce- ſcet. *Iacob.* 1.

*Ob vitæ breuitatem.*

Heſterni quippe ſumus, & ignoramus, quoniam ſicut vmbra di- es noſtri ſuper terram. *Iob.* 8.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? 10.

Ecce enim breues anni tranſeunt, & ſemitam per quam non re- uertar ambulo. 16.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanquā nihilum ante te. *Pſal.* 38.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum la- bor & dolor. 89.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum inarui. 101.

Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & a- ues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo ſuperuenerit. *Eccl.* 9.

Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum *Sap.* 2.

Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius percurrens; ſic & nos nati continuo deſinimus eſſe. *Sap.* 2.

Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet & ſicut folium fructificās in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiiciuntur, ſic generatio carnis & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur. *Ecc.* 12.

Vox dicentis clama, & dixit: Quid clamabo? Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum & deci- dit flos, quia Spiritus Domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt po- pulus. *Eſa.* 40.

Quia omnis caro vt fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: Exaruit fœnum, & flos eius decidit: verbum autem Domini manet in æternum. 1. *Pet.* 1.

*Ob miſeriæ multiplicitatem.*

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Gen.* 3.

Homo naſcitur ad laborem, vt auis ad volatum. *Iob.* 5.

Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarii dies eius. 7.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vm- bra & nunquam in eodem ſtatu permanet 14.

Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictio- ne ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt: nec per noctem mente requieſcit: & hoc nonne vanitas eſt: *Eccl.* 3.

Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: Diuitiæ con- ſeruatæ in malum ſui 5.

Quid ergo prodeſt ei, quod laborauit in ventum? *ibid.*

Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. *Sap.* 9.

Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum gra- ue ſuper filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum, vſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium. *Eccl.* 40.

Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur, & aquæ omnes in mare conuertentur. *ibid.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Ad hoc homo poſitus erat in paradiſo, vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad cœleſtem angelo- rum patriam, quandoque ſine carnis morte tranſiret. *Greg.* 4. *mo.*

Homo ad contemplandum creatorem ſuum conditus eſt. *lib.* 8.

Quia homo de humo ſumptus eſt, iudicia Dei diſcutere illius non eſt. *lib.* 11.

Animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter Seipſum. Si ergo animalibus miniſtrat propter hominem, quo- modo hominibus non miniſtrabit, propter ſeipſum? *Chryſoſtom. ſu- per Matth.*

Omnes creaturam ſenſibilem Deus armatam & munitam crea- uit, alios veloci pedum curſu, alios vnguibus, alios pennis, al os cornibus, hominem ſolum ſic diſpoſuit, vt virtus illius ſit ipſe Deus, & in eo quo inferiorem eum fecit, in ipſo fortiorem eſſe vo- luit in ſe, vt neceſſitate infirmitatis coactus, ſemper neceſſe habeat dominum ſuum requirere. *ibid.*

Præ omnibus malis homo eſt peſſimum malum. Quælibet be- ſtia vnum habet, & propriе malum, homo autem omnia: diabolus enim ad iuſtum accedere non audet, ſed malus homo non timet ſed contemnit. *ibid.*

Comparatus eſt homo iumentis. &c. Peius eſt comparari, quam naſci: naturaliter non habere rationem, tolerabile eſt: hominem ve- ro ratione decoratum irrationali naturæ comparari, voluntatis cri- men eſt. *ho. in aſcenſione.*

Qui viſum veſtamentorum prius adinuenit, conſiderauit quod ſingula queque naſcentium propria quædam habebant munimen- ta, quibus naturam ſuam ab incommodis defendunt. Cortex am- bit arborem, penna tegit volucrem, piſcem ſquama operit, lana o- uem induit, pilus iumenta & feras veſtit: concha teſtudinem exci- pit, ebur elephantem: iacula nec timere facit, nec tamen ſine cauſa factum eſt, quod cum ſingula animalium naturæ ſuæ arma habeāt ſecum nata, ſolus homo inermis naſcitur & nudus. Oportuit enim vt illis, quæ ſibi prouidere neſciant, natura conſuleret, homini autē ex hoc etiam maior experiendi occaſio præſtaretur: cum illa, quæ cæteris naturaliter data ſunt propria ſibi ratione inueniret. multo enim magis enitet nunc ratio hominis, hæc eadem inueniendo quā habendo claruiſſet: nec ſine cauſa prouerbium ſonat, quod ingeni- oſa fames omnes excuderit artes. *Hug. in didaſc. l.* 1.

Vide, homo, dicit mundus, quomodo amauit te, qui propter te fecit me ſeruio tibi, quia factus ſum propter te vt ſeruias illi, qui fe- cit & me & te: me propter te, & te propter ſe. Si ſentis beneficium, redde debitum: ſi accipis benignitatem, redde charitatem. *ibi- dem.*

Omne hominum genus etſi ignoret, qualem Deum habere de- bet tamen habendum ſcit, *Idem, li.* 1.

Infructuoſa intricat ceſpitem, necat ſpatia, exhaurit terræ vires, cultorem conficit, damno afficit poſſidentem, ac ſi excidere iſtam lucrum eſt, iſtam non habere commodum eſt, ſic homo vtiq; qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellen- tiam ſenſus, iudicium mentis, artis induſtriam, culturæ bonum ſteriles atque inopes actus euertit, occupat, mergit autori fructum, cultori gratiam negat? vnde ſicut arbor a terra ſic iſte à vita meretur excidi. *Pet. Rau.*

Anima facta eſt ſimilis Deo, quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus. Imago ergo ad formam pertinet, ſimilitudo ad na- turam. *Auguſt. li. de quantitate animæ.*

Alia vita pecorum, alia hominum, alia angelorum: vita peco- rum terrenis voluptatibus æſtuat, id eſt ſola terrena quærit: vita angelorum, ſola cœleſtia: vita hominum media, & inter vitam an- gelorum, & vitam pecorum. Si viuit homo ſecundum carnem, pe- coribus coniungitur: ſi ſecundum ſpiritum, angelis ſociatur. *Augu. ſuper Ioan. ſer.* 18.

Procliuis & mutabilis eſt, in vtrumque humana conditio, vt quocunq; intenderit, eo perpendat & vergat, vel ad ſtudia virtutū, vel ad illecebras delictorum, *Auguſt. li. de Ioſeph.*

Homo nihil aliud eſt, quam ſperma fœtitum, ſaccus ſtercorum, & cibus vermium. Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor, & horror, ſic in hanc ſpeciem vertitur omnis homo. *Bernard. li. Meditat. c. 3.*

Cor hominis ſicut molendinum voluitur velociter, & nihil reſpuit, ſed quicquid imponitur, molit, ſi autem nihil apponitur ſeipſum conſumit: ſemper eſt in motu, nunquam quieſcit: ſed ſiue dormiat, ſiue vigilet, ſomniat, & cogitat quicquid illi occurrit. Et ſicut molendinum arenam, ſi imponitur, exterminat, pix inquinat, palea occupat, ſiccos cogitatio amara perturbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat, & dum futurum non curat gaudiū, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cœleſti elongatur, & inuoluitur in iſtis vanis, vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, & polluit luxuria, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia. *Ibid. c. 9.*

Septem ſunt de eſſentia hominis, quæ ſi homo conſideraret, in æternum non peccaret, ſcilicet materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, ſtatus inſtabilis, mors triſtabilis, diſſolutio miſerabilis, damnatio deteſtabilis, & conſideratio gloriæ ineffabilis. *Bernard. de conſideratione vtilitate humanæ.*

Donec in carne eſt anima, inter ſpinas profecto verſatur, & neceſſe eſt, vt patiatur inquietudines tentationum, tribulationumq; aculeos. Videat quam vigilem ſolicitamque eſſe oporteat ſuper cuſtodia ſui, ſepta vndique ſpinis hinc inde aculeos intendentibus, vnde dicitur, Sicut lilium inter ſpinas. *Idem ſuper Can. ſermon.* 48.

Homo cum in honore eſſet, non intellexit. In quo honore? Habitabat in Paradiſo, & in loco voluptatis conuerſatio eius: nihil moleſtiæ nec indigentiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & conſtitutus ſuper opera manuum plaſmatoris. Magis autem ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præcellebat, & erat illi ſors ac ſocietas cum plebe angelorum, & cum omni militia cæleſtis exercitus. Sed mutauit iſtam gloriam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Heu triſtis & lachrymoſa mutatio! vt homo paradiſi accola, terræ dominus, cæli ciuis, domeſticus Domini Sabaoth, frater beatorum ſpirituum & cœleſtium virtutum cohæres, repentina ſe conuerſione inuenit, & propter infirmitatem iacentem in ſtabulo, & propter pecorinam ſimilitudinem indigentem fœno, & propter indomitam feritatem alligatum præſepio, ſicut ſcriptum eſt: In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe, &c. Vide hominem prius quatuor virtutibus amictum: quis huic deerat, quem miſericordia cuſtodiebat, veritas docebat, iuſtitia regebat, pax fouebat? *Bernard. Cant. ſermon. 35.*

Formatus eſt homo de luto, de puluere, & de cinere, quodcunque eſt viliſſimo, & ſpurciſſimo ſpermate conceptus in fœtore luxuriæ, quodque deterius eſt in labe peccati natus ad laborem, timorem, dolorem, miſerrimus ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit ſeipſum: agit turpia, quibus polluit famam, polluit perſonam, polluit conſcientiam: agit vana, quibus negligit ſana, negligit vtilia, negligit neceſſaria. *Innocen. de miſeria humana.*

Omnia enim tribus temporibus contineri neceſſe eſt, præterito præſenti & futuro. Præteriti eſt origo, præſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio. Quæ omnia in ſingulis hominibus apparent. Incipimus enim cum naſcimur, & ſumus cum viuimus, & definimus cum interimus. Vnde etiam tres Parcas eſſe voluerunt poetæ: vnam, quæ vitam hominibus ordinat: alteram, quæ contexat: tertiam, quæ rumpat & finiat, quæ in hoc verſiculo continentur.

*Cloto colum baiulat, Lacheſis trahit, Atropos occat.*

*Lactan. Firmian. lib. 2. de diuin. Inſtitution.*

Homines autem ipſos miror ad tantam cœcitatem eſſe deductos, vt vero ac viuo Deo mortuos anteferant: terrenos autem, in terraq; ſepultos, ei præponant, qui fundator ipſius terræ fuit. Et tamen huic impietati hominum poſſet venia concedi, ſi omnino ab ignorantia diuini nominis veniret hic error. At vero ſi qua grauis neceſſitas preſſerit, tunc Deum recordantur. Si belli error infremuerit, ſi morborum peſtifera vis incubuerit, ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit, ſi ſæua tempeſtas, ſi grando ingruerit, ad Deum confugitur, à Deo petitur auxilium, Deus vt ſubueniat, oratur. Si quis in mari vento ſæuiente iactatur, hunc inuocat: Si quis aliqua vi afflictatur, hunc potius implorat: Si quis ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus, victum precibus expoſcit, Deum ſolum obteſtatur, & per eius diuinum atque vnicum nomen hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunquam igitur meminerunt, niſi dum in malis ſunt. Poſtquam metus deſeruit, & pericula receſſerunt, tum alacres ad deorum templa concurrunt: his libant, his ſacrificant, hos coronant: Deo autem, quem in ipſa neceſſitate implorauerunt, nec verbo quidem gratias agunt. Adeo ex rerum proſperitate luxuria, ex luxuria vero, vt vitia omnia, ſic impietas aduerſus Deum naſcitur. *Lactan. Firmian. li. 2. cap. diuin. inſtitutio. aduerſus gentes.*

Deus igitur rerum omnium machinator, fecit hominem: quod Cicero, quamuis expers cœleſtium literarum, vidit tamen qui libro de Legibus primo hoc idem tradidit, quod prophetæ, cuius verba ſubieci. Hoc animal prouidum, ſagax, multiplex … plenum rationis & conſilii, quem vocamus hom… quadam conditione generatum eſſe à ſummo De… nim ex tot animantium generibus, atque natur… nis & cogitationis, cum cætera ſint omnia experti… nem. quamuis longe à veritatis notitia remotum … imaginem ſapientiæ tuebatur intellexiſſe, non niſi … potuiſſe generari? *Ibid. c. 12.*

Cum ergo marem ad ſimilitudinem ſuam prim… etiam fœminam configurauit ad ipſius hominis ef… inter ſe permiſti ſexus, propagare ſobolem poſſen… ram multitudine opplere. In ipſius autem hom… rum duarum materiarum, quas inter ſe diximus e… gnis & aquæ concluſit, perfecitque rationem. Fi… ſpirauit ei animam de vitali fonte ſpiritus ſui, qui… pſius mundi ex contrariis conſtantis elementis … ret. Conſtat enim ex anima & corpore, id eſt, qu… quandoquidem anima, qua viuimus, vel vt e… corpus è terra, quod è limo diximus eſſe formatum … *diuin. Inſtit.*

Dedit enim homini artifex ille noſter ac paren… atque rationem, vt ex eo appareret, nos ab eo eſſe … ipſe intelligentia, ipſe ſenſus, ac ratio eſt. *Lact. an. Firm… Dei vel formatione hominis c. 2.*

Cum igitur ſtatuiſſet Deus, ex omnibus animal… minem facere cœleſtem, cætera vniuerſa terrena … templationem rigidum erexit, bipedemque conſt… dem ſpectaret, vnde illi & origo eſt. Illa vero depreſ… quia nulla his immortalitatis expectatio eſt, toto … mum proiecto, ventri pabuloque ſeruirent. Homin… recta ratio. & ſublimi ſtatus, & vultus Deo patri com… ximus originem ſuam fictoremque teſtatur. *Ibidem.*

¶ Poeticae Sententi…

Antholog. Sacra Iacobi Billii.

*Letifer immodico naturæ elatus honore*
*Angelus, inde hominem ſubruit, vnde ruit.*
*Sed Chriſtus miſerans deceptam fraude ma…*
*In ſe, illi ad vitam poſſe redire dedit.*
*Si caueat pactis hoſtis ſeruire ſuperbi,*
*Sectari & ſtudeat formam humilis Domi…*
*Qui patris in deitate manens Deus omnicrea…*
*Verus de ſacra Virgine natus homo eſt.*
*Sic noſtrum aſſumens matris de corpore corpu…*
*Eſſet vt aſſumptæ carnis origo Deus.*
*In quo per fidei nata virtute lauacrum*
*Cœleſte accipiet gens noua principium.*
*Nil hominis primi retinens ſed plena ſecund…*
*Splendore, & capitis glorificanda ſui.*

Ibidem.

De bello quod homini in hac vita ſubeundum eſt.

*An firmis tribus ipſe queam par hoſtibus eſſe,*
*Alcides: nequeat cum ſuperare duos?*
*Me caro perpetuo me mundus, Marte laceſſit:*
*Bella mihi dæmon ſanguinolenta mouet.*
*An par eſſe queam tribus his infima locuſta,*
*Atque cinis tenuis puluis & exiguus?*
*Iunge tibi me, Chriſte potens: mundusq; caro…*
*Et Satanæ rabies, tunc mihi riſus erunt.*

Ibidem.

De hominis peruerſitate.

*Serpentum nobis dens eſt mens laua columba…*
*Stultitia & pueros & ſuperamus oues*
*Et canis eſt morſus nobis & equina libido:*
*Vt leo nos furimus ſemper & inſtar apri,*
*Formicæ ventris non cura eſt maior alendi:*
*Fermenti & veteris nos comitatur acor.*
*Sic innata feris mala nobis cuncta ſuper ſunt.*
*Cum bona deficiant inſita cuncta feris.*

Ibidem.

Quanto honore Deus hominem affecerit.

*Tu cælum, ſupreme parens, terramq; creaſti.*
*Cæleſtem vt faciam, das mihi, rurſus humum*
*Tu pulchrum corpus genitor mihi ſancte dediſti*
*At mihi das animæ conciliare decus.*
*Vt ſuper innocuos pluis & ſuper ipſe nocentes.*
*Muneribus pluuiam ſic quoque fundis tuis.*
*Horrendo illudis Belia, ſæuoque draconi:*
*Das etiam vt ludus, Chriſte, ſit ille mihi.*

Ibidem.

*Maieſtate Dei concluditur omne quod vſquam e…*
*Qua ſine nil rerum ſtare, vel eſſe poteſt.*
*Huic homo ſi recte famulatur, proximus haeret…*

*Si reſtit, miſero degit in exilio.*
*Omnia ſic Dominus diſcriminat ordine iuſto,*
*Quo ſint ſumma bonis, ima parata malis.*

Ibidem.

De hominis creatione.

*Iapeto genitore ſatum mortalibus ignem*
*Græcia, cum vita ſtulta dediſſe refert.*
*Hunc tibi quin capias, vaniſſima Græcia, falſum*
*Authorem generis, nil moror ipſe tui.*
*Credimus at contra, qui nos depuluere terræ*
*Æthercam ad formam ſtruxerit, eſſe Deum.*
*Diuinam at flammam in terra non raptor Ieſus*
*Attulit, huius enim ſunt bona cuncta Patris.*

Ouid.1.Metamorph.

*Sanctius animal, mentiſque capacius altæ*
*Deerat adhuc: & quod dominari in cætera poſſet,*
*Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit.*
*Ille opifex rerum, mundi melioris origo.*

Ibidem.

*Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cælumque tueri*
*Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.*

Perſ.Sat.5.

*Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.*
*Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.*
*Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti*
*Rugoſum piper, & pallentis grana cumini.*
*Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno.*
*Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille*
*In Venerem putris.*
*Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis.*

Propert.lib.3.

*Natura ſequitur ſemina quiſque ſuæ.*

Virg.2.Eccl.

*Trahit ſua quemque voluptas.*

Terent.in Phorm.

*Quot homines, tot ſcientiæ, ſuus cuique mos.*

Claudianus.

*Etenim mortalibus ex quo*
*Tellus cœpta coli, nunquam ſyncera bonorum*
*Sors vlli conceſſa viro: quem vultus honeſtat,*
*Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,*
*Corpus deſtituit. Bellis inſignior ille.*
*Sed pacem fœdat vitiis: hic publica felix.*
*Sed priuata domus: partitum ſingula quemque*
*Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis,*
*Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris,*
*Hunc ſoboles caſuſque thori.*

Ouid. 6. Met.

*Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cæcæ*
*Noctis habent!*

Cornelius Gallus.

*O quam dura premit miſeros conditio vitæ,*
*Nec mors humana ſubiacet arbitrio?*
*Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit:*
*At cum triſtis erit, præcipitata venit.*

Ouid.4. de Pont.

*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,*
*Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.*

Plaut.

*Nulli eſt hominum perpetuum bonum.*
*Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.*

Homer. in ζ. Ilidiados.

Οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν,
Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη,
Ὣς ἀνδρῶν γενεή, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.
*Quale foliorum genus, tale & hominum.*
*Folia quidem alia ventus humi fundit, alia vero ſylua*
*Pullulans gignit, quando veris venit tempus:*
*Sic hominum quidem genus aliud quidem naſcitur, aliena autem moritur.*

Homer. in ο. Iliad.

Ἀργαλέον δὲ
Πάντων ἀνθρώπων ῥύσθαι γενεήν τε τόκον τε.
*Difficile autem*
*Omnium hominum ſeruari genus & proles.*

Idem in ρ. Iliad.

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς,
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει.
*Non quidem certe eſt aliquid miſerius homine,*
*Omnium qui ſpirant, & ſerpunt.*

Idem ψ. Iliad.

Οὐδ' ἄρα πως ἦν
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

*Nondum profecto accidit,*
*In omnibus operibus peritum virum naſci.*

Idem in ξ. Odiſſ.

Ἄλλος γὰρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.
*Alius enim aliis homo delectatur operibus.*

Phocylides.

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
*Corpus enim ex terra habemus, & penitus in ipſam.*
*Soluti, puluis ſumus, aer vero ſpiritum recepit.*

Idem.

Οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον ἀλλ' ἐπὶ καιρόν.
*Non multum homines viuimus tempus, ſed breue.*

Palladas.

Ἂν μνήμην ἄνθρωπε λάβῃς, ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
Ἔσπειρεν, παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης,
Ἀλλ' ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων ἐνέφυσεν,
Ἀθάνατόν σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον,
Ἐκ πηλοῦ γέγονας, τί χρονεῖς μέγα; τοῦτο μὲν οὕτως
Εἶπ' ἄν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
Εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινόν, ἀκολάστου
Λαγνείας γέγονας, καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

Id eſt.

*Si reminiſcentiam homo ceperis, pater te quid faciens*
*Seminauit: ceſſabis à ſuperbia.*
*Sed Plato tibi ſuperbiam ſomnians indidit,*
*Immortalem te dicens, & plantam cæleſtem:*
*Ex cœno natus es, quid ſuperbis valde? hoc quidem ſic*
*Diceret vtique aliquis, ornans figmento venerabiliori.*
*Si autem rationem quæris veram, ex immodeſta*
*Libidino natus es, & ex fœda gutta.*

Sophocl.in Aiace furent. Vlyſſis.verba.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν.
*Video enim nos nihil eſſe aliud præter*
*Simulachra, quicunque viuimus, vel leuem vmbram.*

Idem Aiacis verba.

Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου,
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.
*Turpe eſt enim virum longam appetere vitam,*
*A malis qui nihil liberatur.*

Senec.in Herc.furent tragœd.1.

*At gens hominum fertur rapidis*
*Obuia fatis, incerta ſui.*
*Stygias vltro quærimus vndas.*

Ibidem.

*Mortale cælo non poteſt iungi genus.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Homines mortales ſunt.1. *de Nat. Deor.*

Omnia aliorum cauſa ſunt genera, vt fruges atq; fructus, quod terra gignit animantium cauſa: animantes autem hominum: vt equum vehendi cauſa, arandi bouem, venandi & cuſtodiendi canem. Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum & imitandum. 2.*Nat.Deor.*

Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi inter ſe alli aliis prodeſſe poſſent.1.*Offic.*

Proxime & ſecundum Deum homines hominibus maxime vtiles eſſe poſſunt,2.*Offic.*

Hoc natura præſcribit, vt homo homini quicunque ſit ob eam ipſam cauſam tantum, quod is homo ſit, conſultum velit,3.*Offi.*

Sic nos nati videmur, vt inter omnes eſſet ſocietas quædam *in Lælio.*

Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt. 3.*Offi.*

Oportet hominem ab homine, ob hoc ipſum quod homo ſit, non alienum videri,3.*de finib.*

Impellimur natura, vt prodeſſe velimus quam plurimis, in primiſque docendo, rationibuſque prudentiæ tradendis. Itaque non facile eſt inuenire, qui quod ſciat, ipſe non tradat alteri. Ita non ſolum ad diſcendum propenſi ſumus, verum etiam ad docendum. 2.*de finib.*

Vt magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atq; conſenſu: ſic nulla tam deteſtabilis peſtis, quæ non homini ab homine naſcatur.2.*Offic.*

Duplex eſt natura generis humani, ſed præſtantius genus eſt eorum, qui ſunt viri. *De vniuerſit.*

Hominum duo ſunt genera: alterum indoctum & agreſte, quod antefert ſemper vtilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit. Itaque huic generi laus, honos, gloria, fides, iuſtitia, omniſque virtus: Illi autem alteri quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur, atque etiam voluptas, quæ eſt maxime inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrime ſequitur, neque ſolum honeſtis rebus, ſed etiam neceſſariis anteponit, *In Part.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Hoc ſolum animal homo natum eſt, pudoris ac verecundiæ particeps, appetens coniunctionem hominum ac ſocietatem, animaduertenſque in omnibus rebus quas ageret aut diceret, ne quid ab eo fieret, niſi honeſte & decore. 4. *de finib.*

Nihil eſt vnum vni tam ſimile, tam par, quam omnes inter noſmetipſos ſumus. Quod ſi deprauatio conſuetudinum, ſi opinionum varietas non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret quocunque cœpiſſet: ſui nemo ipſe tam ſimilis eſſet, quam omnes eſſent omnium. Itaque quæcunque eſt hominis definitio, vna in omnes valet: quod argumenti ſatis eſt, nullam diſſimilitudinem eſſe in genere: quæ ſi eſſet, non vna omnes definitio continerent 1. *de leg.*

Homini natura præſcribit, vt nihil pulchrius, quam hominem putaret: eſt enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe, & quidem formica formicæ, 2. *de Nat. Deor.*

Omnium animantium formam vincit hominis figura, 1. *de Nat. Deor.*

Nullum eſt animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei, 1. *de leg*

Eſt homini cum Deo rationis ſocietas. 1. *de leg.*

Deus animal vnum ſpectabile hominem, in quo omnia animalia contineret, effecit. *de Vniuerſ.*

Sunt ex terra homines, non vt incolæ atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Senſus autem interpretes ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce, mirifice ad vſus neceſſarios & facti & collati ſunt. Nam oculi tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes fungantur ſuo munere. Et aures, cum ſonum percipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ ſunt. Itemque nares, eo quod omnis odor ad ſupera fertur, recte ſurſum ſunt: & quod cibi & potionis iudicium magnum earum eſt, non ſine cauſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. Iam guſtatus, qui ſentire eorum, quibus veſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, quam eſculentis & poculentis iter natura patefacit. Tactus autem toto corpore æqualiter fuſus eſt, vt omnes ictus, omneſque nimios frigoris & caloris appulſus ſentire poſſemus. Atque vt in ædificiis architecti auertunt ab oculis naribuſque dominorum ea, quæ profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura, ſic natura res ſimiles procul amandauit à ſenſibus. Adde quod ipſa natura primum oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit & ſepſit, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni poſſet: firmas autem, vt continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, vt declinarent, ſi quid noceret, & aſpectum quo vellent, facile conuerterent. Naſus ita locatus eſt, vt quaſi murus oculis interiectus eſſe videatur. Auditus autem ſemper patet: eius enim ſenſu etiam dormientes egemus: à quo cum ſonus eſt acceptus, etiam à ſomno excitamur. Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret. Prouiſum etiam, vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tamquam in viſco inhæreſceret. Quam vero aptas manus, quamque multarum rerum miniſtras natura domini dedit, &c. 2. *de Nat. Deor.*

Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ neceſſitatem datæ, aſpectum eſſent deformem habituræ atq; formam, eas contexit atq; abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis, ipſiq; neceſſitati dant operam, vt quam occultiſſime pareant: quarumq; partium corporis vſus ſunt neceſſarii, eas neque partes, neque earum vſus ſuis nominibus appellant: quodq; facere turpe non eſt, modo occulte, id dicere obſcœnum eſt. 1. *Offic.*

Ipſum hominem eadem natura non ſolum celeritate mentis ornauit, ſed & ſenſus tanquam ſatellites attribuit ac nuntios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ: figuramq; corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. Nam cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli, quaſi cognationis domiciliiq; priſtini conſpectum excitauit. Tum ſpeciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Et oculi, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores. 1. *de Legib*

Natura corpus hominis ſic formauit & genuit, vt alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret: neque ſane multum adiumentis externis & aduentitiis vteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit, vt corpus: ſenſibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, vt nihil aut non multum adiumento vllo ad ſuam confirmationem indigeret. 5. *de Finibus bonorum.*

Parui primo ortu ſic iacent, tanquam omnino ſine animo ſint. Cum autem paulum firmitatis acceſſerit, & anim[...] ſibus, connituntur q; vt ſeſe erigant, & manibus [...] gnoſcunt à quibus educantur: deinde æqualibus [...] benterq; ſe cum his congregant, dantq; ſe ad lud[...] rumq; auditione ducuntur: deniq; eo quod ipſi [...] tificari volunt, animaduertúntq; ea, quæ domi [...] cipiuntq; commentari aliquid & diſcere: & eorum [...] volunt non ignorare nomina: quibuſq; rebus cum [...] certant, ſi vincunt efferunt ſe lætitia: victi debili[...] demittunt. 5. *de Finib.*

Quod homines errent vt homines, nihil puto [...] *Xenophon. Cyropæd. lib.* 5.

Neminem ex omni numero mortalium crimin[...] *dem, de reb. geſt. Græc.*

Non agrorum aut villarum amiſſio, ſed hom[...] da eſt. Non enim prædia viris, ſed viri prædiis po[...] *libro primo.*

Prolis humanæ portio, res eſt diis omnium [...] *Dionyſ. Halic. l.* 1.

Eos hortabantur, ne quum homines eſſent, [...] humanam naturam ſumerent, neve immortales [...] pore gererent. *Idem lib.* 5.

Homines ob cætera quidem delicta admiſſa, [...] quando eſt aliqua proditionis ſuſpicio, exiſtiman[...] dentiæ, ſi vano metu territi potius ſibi ab ea cauen[...] contemptionem ſe funditus euerti patiantur. *Ead.* [...]

Quæ proſunt & quæ obſunt homines facilli[...] quando ea ex multorum exemplis vident, atque [...] hortantur prudentiæ magnæque ſapientiæ teſtim[...] *Idem lib.* 11.

Homines quantamcumque felicitatem habean[...] inuidiam ſentiunt maiorem. *Curt. lib.* 4.

Si homo es, id quod es, ſemper eſſe decogita. *Idem* [...]

Homines nec totam ſeruitutem pati poſſunt, nec [...] tem. *Tacit. hiſt. l.* 1.

Domantur vt pateant, non vt ſeruiant. *Idem in A*[...]

Cuncta mortalium incertas. *Idem.*

Nati omnes peccare & labi ſunt, qua priuatim, [...] lex eſt quæ ſatis valide vetet aut capiat modum. *Thu*[...]

Humanæ res fluxæ ſemper in aduerſa mutantur [...]

Homines quum audiunt ea quæ in aliqua c[...] non ſatis habent ipſa rerum capita & earum euen[...] ſed etiam & quænam fuerunt neceſſitates quibus c[...] hæc atrocia & miſeranda mala pertulerit, & quibus [...] ues adducti, & quorum oratione impulſi, id fecerin[...] res ipſas comitantur ſcire volunt. *Dionyſ. Halic. l.* [...]

Auguſtus cum eſſet luxuriæ ſeruiens, erat tamen [...] ueriſſimus vltor, more hominum, qui in vlciſcendis [...] ipſi vehementer indulgent, acres ſunt. *P. Diac. in Aug.*

Commune humani generis vitium eſt, vt ſeruire [...] lint, quam cedere ſuis. *Fr. Guicciardin. hiſt. l.* 3.

Illud eſt communi hominum naturæ inſitum, vt [...] quiora pericula timeant, & præſentia pluris quam [...] futurarum vero rerum atque remotarum minorem [...] debent rationem: quoniam ad ea multa remedia & [...] poribus ſperari poſſunt. *Idem. l.* 7.

Falſo quæritur de natura ſua genus humanum, qu[...] atque æui breuis, forte potius quam virtute regatur [...] reputando, neque maius aliud, neque præſtabilius [...] giſque naturæ, induſtriam hominum quam [...] ſe. *Saluſt. de bel. Iugurt.*

In calamitates varias neſcio quomodo cuncti & [...] & aperte incidentes ſibi tamen conſulere nequeun[...] mentum vel breuiſſimum diffidere norunt: a bruti[...] hac in parte ſuperari. Nam bruta, ſi ob eſcam in [...] aliudue periculum ſubierint ſemel, haud facile, a[...] quei vmbram poſtea adduxeris: ſed & locum ip[...] habent, & quibuslibet eiuſmodi ſpeciem hab[...] Homines vero cum de aliis audiant, alios adhuc [...] videant, nihilominus tamen quamprimum [...] bis vſus ſpem meliorem propoſuerit, ad illecebras [...] dunt, at ſi certo ſciant neminem vnquam eo illiſe[...] modi eſcas vorarunt, ſed cunctis indubitato fuiſſe [...] *lib.* 16. 15.

Humanum genus, quod omnium animantium [...] eſſe videtur, multum rationis habet ad hoc vt ſic [...] enim reliqua quidem animantia, corporalibus [...] ſeruientia, per eas ſolas ſeducuntur. Humanum [...] niam gloriæ ſtudioſum eſt, non minus per incog[...] per naturam peccat, *Idem l.* 17.

Facta audacia & præclara multi quidem appetunt [...] aggrediuntur. *Idem eod. l.*

Omnino calamitoſa res eſt homo *Herodot. l.* 1.

Noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt, an[...] corporis ſeruitio magis vtimur. Alterum nobis cum d[...] cum belluis commune eſt. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

...dam belli dux factis cum Selgenſibus ciuibus quos obſidio... ſemebat induciis, ſpem fœderis ineundi iniecit, copias validio... ſpectans, & cuidam in vrbe proditori perficiendæ rei crudeliſ... ...d eſt ciuium cladis opportunitatem præbens. Inter hæc cum ...mone oppidani & oppugnatores frequenter conuenirent, pau... quaſi conſuetudine quadam factum eſt, vt milites commea... ...tia libere in vrbem proficiſcerentur, quæ res multis ſæpenu... ...o internecionis cauſa fuit. Quo fit, vt mihi quidem videatur ex ...ibus animalibus nullum ſtolidius, aut magis expers rationis ...quam hominem, qui à plerisque callidiſſimus omnium iudi... ...ſolet. Quot enim caſtra? quot munimenta? quot arces? quod ...ales ciuitates per hunc modum in manus hoſtium deuenere? ...æ cum quotidie accidant, cernanturque ab omnibus, ſemper ...men neſcio quo modo noui ac rudes in huiuſmodi rebus eſſe vi... ...ur, quod ideo fit quia ea quæ ſuperioribus ſeculis maioribus ...is acciderunt, non conſideramus: ſed ad apparatum frumenti, ...itarum, murorum & ſagittarum intenti cum labore & ſum... hæc dantaxat conquirimus. Quod vero facillimum eſt, maxi... ...que in periculoſiſſimis temporibus vſus adfert, id omnes con... ...mus, ac pro nihilo habemus: cum nobis alioquin liceat cum ...te & tanquillitate in hiſtoriis & rerum geſtarum commentariis ...ere, & quaſi experiri. *Polyb. hiſt. l. 5.*

Mortalium in terris nemo plane labis expers eſt, etiam ſi quis ...mum virtutis verticem perueniat. *Conſtant. Manaſſ. Annal.* *f. 90.*

Homo ſuapte natura neque efferum eſt, neq; quod domari non ...it animal, ſed vitiis contra naturam vtendo degenerat: diſcipli... ...pero, locorumque & victus mutatione etiam feræ cicurantur, ...itamque ſuam, cultui manſuetiori adhibitæ, exuunt. *Plutar... in Pompeio.*

Humanus animus inſatiabilis eſt eo quod fortuna ſpondet. *Liu. ...ad. l. 4.*

Punctum eſt, quod viuimus, & adhuc puncto minus, ſed hoc mi... ...num ſpecies quadam longioris ſpatii natura diuiſit. Aliud ex ...infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud ab adoleſcentia ſene... ...tem, aliud ipſam ſenectutem. In qua annus totus, quoſdam gra... ...poſuit, cuius breuitatem aliquando futuram cogitemus. *Sene... ad Lucil. epiſt. 50.*

Omnia ſuo bono conſtant, vitem fertilitas commendat, vinum ...or, & velocitas ceruum. Quare fortia dorſo iumenta ſint quæ... ...s quorum hic vnus eſt vſus, ſarcinas ferre. In cane ſagacitas, ...a eſt, ſi feras inueſtigare debet: curſus, ſi conſequi: audacia, ...ordere & inuadere. Id in quoque optimum eſſe debet, cui na... ...r, quo cenſetur. In homine optimum quidem ratio. Hac an... ...dit animalia, deos ſequitur. Ratio ergo perfecta, proprium ho... ...nis bonum eſt, cætera illi cum animalibus ſatiſque communia. ...let, & leones: formoſus eſt, & pauones: velox eſt, & equi: corpus ...bet, & arbores, impetum habet & motum voluntarium, & be... ...& vermes: habet vocem, ſed quanto clariorem canes, acutio... ...aquilæ, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque luſcinæ. *...em ad Lucil. epiſt. 77.*

Si quis omnia alia habeat, valetudinem, diuitias, imagines mul... ...s, frequens atrium, ſed malus ex confeſſo ſit, improbabis illum. ...em ſi quis nihil quidem illorum habeat quæ retulit, careat pecu... ...a, clientum turba, nobilitate auorum & proauorum ſerie, ſi ex ...confeſſo bonus ſit, probas illum. Ergo hoc vnum bonum hominis, ...od qui habet, etiamſi aliis deſtituitur, laudandus eſt: quod qui ...on habet, in omnium aliorum copia damnatur ac reiicitur. *idem.*

Atqui viuere mi Licili militare eſt, *idem epiſt. 97.*

Omnis dies, omnis hora quam nihil ſumus, oſtendit. *idem in ...*

Homines tantum caneſcunt, & non animalia, quia homo habet cerebrum valde humidum. *Ariſt. lib. 19. de Animalib.*

Homo eſt principium ſuarum operationem. *Ariſt. l. 3 Eth.*

Homo naturaliter eſt animal politicum, & ciuile. *Idem libro 1. Polit.*

Solus homo ſentit & delectatur odoribus florum. *Ariſtot. lib. de ſenſu & ſenſanto.*

Propter hoc eſt nobis datus ſermo, vt præſto forent mutuæ vo... ...tatis indicia. *Plato in Timæo.*

Homo differt ab aſino qualitate eſſentiali, id eſt, differentia ſpe... ...cifica quæ dicitur rationalis.

Sumus enim rationales nos, & dii, ſed morale appoſitum diſiun... ...git nos ab illis. *Porph. lib. Vniuerſalium.*

Præſtantiſſimum animal eſt homo in terris exiſtens. *Luci. Apu... ...leius de Deo Socratis.*

Nihil eſt Deo ſimilius & gratius, quam vir animo perfecto bo... ...nus, qui hominibus cæteris antecellit, quod ipſe à diis immortali... ...bus differt. *idem.*

¶ Apophthegmata.

*Cyrus* dicebat, eos homines, qui ſibi prodeſſe nollent, cogi o... ...portere, vt aliis ſint vſui. Significans ſeruili animo natos ſibique ...utiles imperio adigendos: vt aliorum commodis inſeruiant. *Plut. in apoph.*

*Diogenes* quodam tempore lucernam accenſam geſtans, obambulabat in foro clariſſima luce, quærenti ſimilis. Rogantibus quid ageret? Hominem, inquit, quæro notans publicos ciuitatis mores vix homine dignos. *Laert. l. 6.*

*Idem* in foro ſtans, clamabat Adeſſe homines: veluti concionaturus apud populum. Quumque iam frequentes conueniſſent, nec ille deſineret clamare, Adeſſe homines: quidam indignati, En adſumus, dic aliquid. Tum Diogenes baculo illos abigens: Homines, inquit, adeſſe iuſſi non ſterquilinia. Non putauit hominis cognomen competere in eos qui non viuerent iuxta rationem ſed brutorum in morem agerentur affectibus. *Laert. lib. 6. Eraſm lib. 3. apoph.*

*Idem*, eos qui in coquos, nepotes, ſcorta, & adulatores facultates ſuas profunderent, ſimiles dicebat arboribus, per præcipitia naſcentibus: quarum fructus nullus hominum guſtaret, ſed a coruis & vulturibus ederentur, quo dicto innuit, eos nequaquam eſſe homines, qui ventri & gulæ ſeruiunt. *Laert. l. 6.*

*Idem.* quum è balneis redeuntem quidam rogaſſent, num illic eſſet multum hominum? negauit eſſe. Rurſus percontatus an illic eſſet multa turba? annuit, ſignificans vocabulum in paucos competere. *Laert. l. 6.*

*Redeuntem* ex Olympiis quidam interrogabant, vidiſſet ne illic multam turbam, Turbam, inquit, plurimam, ſed homines perpaucos, *Laert. l. 6.*

*Idem*, conſpecto adoleſcentulo, cultu geſtuq; parum virili; Non te pudet, inquit, qui peius tibi, velis quam ipſa natura voluit? Siquidem illa te virum fecit, tu teipſum refingis in fœminam. *Laert.*

*Stilpon.* Quum omnium oculi coniecti eſſent in Stilponem: quidam: Iſti, inquit, Stilpon mirantur te vt belluam. Nequaquam, inquit ille, ſed vt verum hominem. Solent peregrinæ beſtiæ in ſpectaculum produci: vulgares homines nemo miratur. Sed philoſophum plerique ſpectabant, non vt quemuis hominem, ſed vt hominem verum: nam id ſpectaculum eſt rariſſimum. Obiter notauit interpellatorem, quod ipſe non eſſet verus homo, nec ſpectatu dignus. *Laert. l. 2. c. 12.*

*Architas* dicebat, Quemadmodum, ſi etiam ſummam diligentiam adhibeas: tamen piſcem ſine ſpinis non inuenias: ſic neque hominem inueniri poſſe, qui non doloſum ſpinoſumq; quiddam habeat admixtum. *Ælian. l. 10. de Var. hiſt.*

*Alphonſus*, licet ſocordi & obtuſo ingenio homines patienter audiret, ſolitus tamen eſt eos tantum, quorum proba ingenia eſſe ſciebat, homines appellare, Ennianum illud leui voce ſubmurmurans: Vulturis (ſic enim in nominatiuo, vt nos Vultur, loquebatur) in ſyluis miſerum mandabat hominem. Belliſſime enim non homines, ſed homones, Ennium eos vocaſſe dicebat, quos vidiſſet ex homine nihil præter effigiem poſſidere. *Pan. lib. 1. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Bias* dicere ſolebat, ſic metiendam eſſe ab homine vitam, quaſi & multum & parum temporis victurus ſit. *Max. ſerm. 67.*

*Crantor* ſenarium hunc ex Bellerophonte Euripidis probare ſolebat,

Οἴμοι; τί δ᾽ οἴμοι; θνητὰ τοι πεπόνθαμεν.
*Eheu; quid heu? quod hominum eſt accidit.*

Senſit, quicquid vlli hominum accidit, hoc vnicuique poſſe accidere. Nihil igitur nec inexpectatum videri oportere, nec intolerabile. *Laert. l. 4. c. 5.*

*Anacharſis* rogatus à quodam, qui hominibus eſſet infeſtum? Ipſi, inquit, ſibiipſis. *Stob. ſerm. 2.*

*Socrates* dicere ſolebat, ſi omnes hominum calamitates in vnum conferrentur, moxq; ſingulis ex eo aceruo portiones æque diſtribuerentur, ita fore, vt ſuas quiſque calamitates recipere malit, quam æquam è communi portionem. Huc aduerſus vulgares hominum mores: qui alienæ inuidens, ſuam deplorant ſortem. *Eraſ. lib, 3. apoph.*

*Idem* interrogatus, quomodo quis ſine moleſtia vitam ageret? negauit vllo modo id fieri poſſe. Non enim licet, inquit, ciuitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conuerſanti, ſine moleſtiis degere. *Stob. ſerm. 97.*

*Idem* dicebat, ſe putare, quod dii ſemper rideant, vana hominum ſtudia inſpicientes, quibus peractis perpetuo ſe victuros putent: cum mox hinc tamen nobis migrandum ſit, omnibus relictis, *Stob. ſerm. 96.*

Zeno canem eum inuadentem quum repuliſſet, reprehenſus à quodam ob id: Perdifficile eſt, inquit, prorſus hominem exuère. Voluit autem oſtendere, hominem nunquam eſſe tam cautum, quin aliquando oſtendat ſe quoque hominem eſſe affectibus obnoxium. *Laert. lib. 9. c. 5.*

*Democritus* interrogatus quid de hominum ſorte ſentiret? Miſeram homini fortunam eſſe dixit, cum bona quærentibus vix obtingant: mala autem non tantum non exquiſita, ſed extra omnem etiam expectationem, *Stob. ſerm. 96.*

*Idem* admonere ſæpenumero ſolitus eſt ſuos, vt humanam imbecillitatem expenderent, quod ei per mediocrem poſſeſſionem proſpiciatur & miſeria in rebus neceſſariis menſuretur. *Stob. ſerm. 96.*

*Ariſtonymus* hominis vitam theatro ſimilem eſſe dicebat,

vbi peſſimi homines fere ſemper primatum obtinent. *Ant. in Meliſ. part. 1. ſerm. 7. Max. ſerm. 67.*

*Antiphon.* hominis vitam carceri vnius diei ſimilem eſſe dixit, & totum vitæ ſpatium vni diei æquale propemodum, per quam intuiti lucem, poſteris deinde vitam tradimus. *Stob. ſerm. 96.*

*Simonides, & Pauſanias.* Cum Simonides conuiuio lautiſſimo à Pauſania exceptus rogaretur, vt quippiam ex philoſophorum arcanis in medium proferret: videns Pauſaniam nimium rebus ſuis fidere eo, quod iam ad Medorum partes ſe applicuiſſet: reſpondit, Memento te in tanta rerum felicitate hominem eſſe. At Pauſanias parum animaduertit, quod à philoſopho dictum eſſet. Cumque iam in ſummo vitæ diſcrimine eſſet, & mortem præ oculis eſſe intelligeret attrociſſimam, altiſſima voce exclamaſſe fertur: O Cee hoſpes? quam ſalutare tuum erat conſilium. Ego autem adeo captus eram inani perſuaſione, vt mihi nequaquam tantam admonitionem conuenire putarem, vnde miſere nunc perire cogor. *Ælian. lib. 6. de Var. hiſt.*

*Neoptolemus* ſciſcitans, quidnam ab Æſchylo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur? Nihil quidem (inquit) iſtorum ſe in admirationem trahere: ſed quod ipſe vidiſſe Philippum Cleopatræ filiæ ſuæ nuptias magnifice celebrantem in cœna ampliſſima, cum tertius decimus Deus appellaretur, poſtridie in theatro iugulatum & proiectum. *Stob. ſerm. 96.*

*Phauorinus* homines partim eſſe ridiculos, partim odioſos, partim miſerabiles dixit. Ridiculos quidem qui per audaciam ad maiora aſpirant. Odioſos, qui ea conſequuntur. Miſerabiles vero, qui ſpe fruſtrantur. *Stob. ſerm. 2.*

*Mercurius Triſmegiſtus.* Homo, inquiebat, animal eſt imperfectum, membris imperfectis conſtans, & ex multis diuerſiſque corporibus conſtitutum corpus gerens. *Stob. ſerm. 11.*

*Ariſtoteles* interrogatus, quidnam eſſet homo? reſpondit imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina: reliquum vero, pituita & bilis, *Stob. ſerm. 96.*

*Plotinus*, Amelio roganti, vt corporis formam pateretur effingi, non paſſus eſt. Quid, inquit, an non ſatis eſt nos hanc imaginem circumferre, niſi & imaginis imaginem relinquamus poſteris oſtentandam? Iudicauit cum Pythagora, corpus eſſe thecam mentis, vtcunque eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videt, quam corpus. *Eraſm. lib. 8. apoph.*

*Ephraim Syrus* amiſſa vxore dicebat, O philoſophia? tyrannica ſunt præcepta tua: amare iubes, & ſi quis amiſerit quod amabat, dolore & mœrore affici prohibes. *Stob. ſerm. 57.*

*Xerxes* cum vidiſſet vniuerſum Helleſpontum nauibus ſuis conſtratum, omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referta iactauit ſe beatum moxq; fudit lachrymas. Tam ſubitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, qui diſſuaſerat eam expeditionem, auſus rogare cauſam: Tum Xerxes, Subit, inquit, animum meum cogitatio: quam breuis ſit hominum vita, quando ex tam numeroſa multitudine poſt annum centeſimum nemo ſuperfuturus eſt. *Plut. in apoph.*

*Philippus*, poſtquam apud Cheroneam Athenienſium profligauit opes, adeo ex nimia felicita te efferri cœpit, vt ſe hominem fortunæ malis obnoxium eſſe non cogitaret amplius. Verum cum intelligeret, quid mali ex tanta ſuperbia ſibi immineret, ex aulicis pueris vni id muneris iniunxit, vt ad ſolis exortum in ſuum cubiculum ingreſſus inclamaret: Rex memineris te non Deum, ſed Hominem eſſe multis fragilitatibus, ærumnis ac malis obnoxium & expoſitum. *Cœlius Rhodiginus libro 19. capit. 33. lectionum antiquarum.*

*Alexander*, cum Deus vbique ob res feliciter geſtas vocaretur. Se, quod mortalis eſſet, duabus potiſſimum rebus deprehendere dicebat, ſomno videlicet & coitu. Hæc enim præcipue produnt hominis imbecillitatem. Somnus enim quid aliud eſt, niſi vt ille ait) gelidæ mortis imago? coitus item quid aliud: niſi ſpecies morbi comitialis? *Plut. in Alex.*

*Idem.* Dum in obſidione cuiuſdam vrbis infirmiſſima mœnium quærit, ſagitta grauiter ictus eſt: nec tamen ab inſtituto deſtitit, ſed mox quum repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret, & crus equo ſuſpenſum paulatim obtorpuiſſet, coactus quod ceperat omittere, ac chirurgum accerſere: Omnes, inquit, me prædicant Iouis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem eſſe me clamat. *Plut. & Q. Curtius in Alex.*

*Stratonicus*, quum audiſſet partum matris Timothei regis: Si, inquit, opificem peperiſſet, non Deum, quales emiſiſſet voces? Irridens quorundam fœdam adulationem, qui regum filiis tribuebant diuinitatem, quum vox parientis regem æque miſerabilis ſit, ac parturientis quemlibet plebeium: Ipſe autem Stratonicus filius erat opificis. *Athenæus.*

*Silenus* à Mida captus, rogatus eſt quid eſſet homini optimum? diu ſilentium tenuit, tandem adactus vt diceret: reſpondit: Optimum eſſe, nunquam naſci: proximum, quam ocyſſime aboleri: atque hoc pretio dimiſſus eſt. *Plut.*

*Scipio Africanus* dicere ſolebat: vt ij quibus ſunt equi ferociores tradunt eos domitoribus: quo his facilioribus poſſit vti: Sic homines præ ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfid[...]
in gyrum rationis ac doctrinæ duci oportere, vt p[...]
humanarum imbecillitate, varietateque fortunæ [...]
deratiores. *Plut. in vita Scipionis.*

*Hadrianus Imp.* cuidam illos Vergilii verſus ad [...]
modanti, *Manibus date lilia plenis, &c.* Cum [...]
Ego mihi diuum adoptaui, non filium. Huc alludens [...]
ratores referri ſoleant in numerum diuorum, ſed à [...]
*Hadrian.*

*Æneas Syluius* audiens diſputantes de vitę human[...]
mœdia, inquit, eſt vita noſtra, cuius vltimus actus [...]
bonus autem poeta nemo habetur, niſi ad finem [...]
prudenter explicet. *Sylu. l. 3. comment. de reb. Alphonſ.*

*Solon*, interrogatus olim, Quid eſſet homo? [...]
tredo eſt in exortu, bellua in omni vita, eſca vermi[...]
*Anton.*

*Diogenes*, quoties conſiderabat in hominum vita [...]
gubernatores, medicos aut philoſophos, nullum [...]
eſſe homine ſapientius. Idem contemplans ſomnior[...]
tes, coniectores, diuinos, & huius generis cæteros, [...]
riæ diuitiiſque ſeruirent: aiebat, ſibi nihil homine [...]
Indicans hominis ingenium ad res optimas accom[...]
erceatur, ſin ad vitia degeneret, longe eſſe infra m[...]
*Laert. lib. 6.*

*Perictione Pythagorea* dicebat, conditum & compoſ[...]
minem in hoc, vt contempletur naturæ rerum ip[...]
rationem: eademq; laborem eſſe iniunctum compa[...]
plandiq; rerum quæ extant ſapientiam. *Stob. ſerm. de* [...]

*Plato* hominem manſuetum animal eſſe dicebat. [...]
cta diſciplina inſtitueretur in manſuetiſſimum & d[...]
ſus animal euadere: ſin vero non ſatis aut non bene e[...]
ferociſſimum omnium quæ in terris naſcuntur anima[...]
*de legib.*

*Muſonius* quid eſſet homo deſcribens, Homo ſolu[...]
mnium in terra degentium Dei imago eſt, & ſimiles [...]
bet. Nam ne inter Deos quidem præſtantius aliquid [...]
teſt, quam prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperan[...]
*ſerm. 16.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum, in lignis & plantis, [...]
eſum videmus reliquam de cætero repudiamus pa[...]
homine cum cor perierit, incaſſum eſt inde reliqua [...]
tas. Auriga periit, fractus, deiectus eſt, vanum in poſter[...]
runt. *De pœnitent. ſerm. 8.*

*D. Auguſtini.* Si paterna veſtis, & annulus, ac ſi qui[...]
di, tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes ma[...]
fectus: Nullo modo ipſa ſeruanda ſunt corpora, quæ [...]
familiarius atq; coniunctius quam quælibet indum[...]
*lib. 1. c. 12. de Ciuitate Dei.*

*Lactantij.* Sicut in fidibus ex intentione neruorum [...]
dem ſonum atque cantum, quem Muſici harmonian [...]
in corporibus ex compage viſcerum, ac vigore mem[...]
ſentiendi exiſtere: quo nihil dici delirius poteſt, *lib.* [...]
*mio diuino.*

*Ipſe mundus* ex duobus elementis repugnantibus [...]
copulatis eſt concretus humido & igneo: nec potuit [...]
ſi & tenebræ fuiſſent: quia nec ſuperum poteſt eſſe [...]
nec oriens ſine occidente, nec calidum ſine frigido, [...]
ne duro: Sic & nos ex duobus æque repugnanti[...]
ſumus anima & corpore: quorum alterum cœlo a[...]
tenue eſt, & intractabile, alterum terræ, quia co[...]
eſt: Alterum ſolidum & æternum eſt, alterum [...]
mortale. Ergo alteri bonum adhæret, alteri malum [...]
vita, iuſtitia: alteri tenebræ, mors, iniuſtitia. *Chryſ.* [...]
*cap. 15.*

*Senecæ.* Vt qui ſe meminerunt inquilinos eſſe, & mo[...]
bitare: & modeſtius ſe gerunt, & minus grauatim ex[...]
intelligunt domicilium corporis ab breue tempus à na[...]
modatum eſſe, viuunt temperantius & libentius mo[...]
*Eraſmum.*

*Plinij.* Luna ſemel extincta ſubinde renaſcitur, & [...]
reiuueneſcit: At homo nec renaſcitur mortuus: nec [...]
nex, *lib. 2. c. 9.*

*Eraſmi Roterodami.* Sol poſt occubitum redit no[...]
non item. *In Simil.*

*Thriueri epiſcopi.* Quemadmodum corporis noſt[...]
ex diſparibus elementis comparata eſt: Ita & animus [...]
genius, pugnantibus quodammodo principiis inter [...]
*In apoph. 1.*

*Philonis Iudæi.* Quemadmodum corporis animique [...]
habitu, geſtu, conſiliis, actionibus, prognati maiores [...]
runt. Eodem modo probabile eſt in ipſo ſemine p[...]
neari quandam habilitatem dignam principe. *Liber. de* [...]
*ad Caium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Theodoreti*, Sicut nunc ipſo volente fœtus in vtero creatur: & nos qui initio poſiti ſunt, natura conſequitur: Ita etiam humanum corpus è terra ipſo volente concreuit, & compactus eſt, & factum eſt & ſanguis, & cutis, & adeps, & nerui, & venæ & arteriæ, & cerebrum, & medulla, oſſium ſuſtentacula, & oculorum ... & pupillæ puritas, & aurium flexuoſi meatus & odorum apprehenſio, & oris ad loquendum inſtrumentum: in quo dentes quidem implent vſum chordarum, lingua vero imitatur plectrum, labia autem dextram muſici. Cæterum quis pro dignitate ſatis poſſet admirari huius vita præditi animalis formationem? Quam & multi conantur calumniari, & imprimis Manetis ſucceſſores. Quamobrem non Deum, ſed Saclam id formaſſe dicunt, qui eſt princeps ... Græcorum autem ſapientes, Socrates, & Hippocrates, & Plato, & Xenophon, & Ariſtoteles, & Galenus: & innumerabiles ... humani corporis aptam compoſitionem ſuſpiciunt, & admirantur vſum vniuſcuiuſq; particulæ, fatenturq; laudes ſuas ſuperari præclari vniuerſorum artificis ſapientia, quæ in hoc animali cernitur. *In Epitome Diuin. decret. c. de Homine fol.* 400.

*D. Hieronymi* Naſci de adulterio, non eius eſt culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra quæ fouet, non ſemen quod in ſulcis iacitur, non humor & calor ... temperata frumenta in germen pullulant: ſed (verbi gratia) fur & latro, qui fraude & vi eripit ſemina: Sic in generatione hominum recipit terra, id eſt, vulua quod ſuum eſt, & receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit. *Ad Pammachium.*

*Antonij monachi*, vt humida materia ignem. Sic hominum natura bonum vix deprehendit, plurimi autem ad mala perpetranda prompti & idonei ſunt. *In Meliſſa. par. 1. ſerm.* 69.

*B. Anſelmi*, Humana natura tam facile per vitia; quam per planum profunditur aqua. Sic ergo agere debet qui eam reſtringere cupit, velut qui aquam currentem retinere contendit. Sicut enim ille qui aquam concludit in ſtagnum, atque coercet: Sic iſte naturam humanam vagam infra regulam aliquam cohibere debet. ... ille procurat ne qua parte dirumpatur ſtagnum qua effluat ..., & iſtum etiam præuidere concedet, ne ſuam in quoquam ... regulam, quo ad peccatum proruat. *In Similitudinibus capite* 112.

*Theuerti.* Vt chamæleon cutem habet adeo tenuem ac pellucidam, vt omnem eorum quibus vel ipſe inſidet, vel ad ipſum accedunt, imitetur colorem: Sic quoque genius & natura hominis quo eſt ſubtilior, generoſior, eo ad omnem affectionem opportunior. *In apoph.*

Quemadmodum lex Iudæis poſita, morti nomen interdum habet, non ſuopte ingenio mortem complectens, ſed quod eam tranſgreſſoribus importat: Sic nec lignum mortem continuit in ſeſe, nec Deus ipſe mortem creauit. Deus enim hominem condidit, vt eſſet immortalis, & ad ſuæ æternitatis imaginem, Deus mortem non creauit, nec oblectatur viuentium interitu: ſed inuidia diaboli mors in mundum introiuit, ſicuti Salomonis docet ſapientia. Imo Deus hortatur hominem ante præuaricationem, vt manducaret de ligno vitæ. Nam etiam arborem vitæ complexus eſt ſub dictione, ... cum diceret: De omni ligno quod eſt in paradiſo, comedendo comedes; præſertim cum illa arbor ei, vtpote in medio paradiſi conuerſanti, cæteris proximior foret, *ibid.*

*Extra paradiſum* Deus hominem ex luto formauit. Vt igitur Deus aliquantulum pœnam leniret, iuſſit hominem habitare è regione paradiſi. In hoc imitatus eſt regem bonum & clementem ..., qui non longinquum delinquenti inducit exilium, ſed propinquum, iubens illum morari in conſpectu regiæ vrbis: qua re ſignificat, fore vt mox reuocetur & in integrum reſtituetur. Præterea voluit vt paradiſus ſubinde eius oculis obuerſaretur, quo recordaretur peccati, ipſumque oderit vt cauſam, quæ illum deturbauerit poſſeſſione paradiſi: & ex animo deſideraret eum locum, ex quo præuaricatus cecidiſſet, *In Gen. cap.* 3.

*Procopii.* Quemadmodum peritus figulus vas confractum conterit iterum in ſuam conſperſionem, ſcilicet in lutum ſeu terram: ſic hominem fractum fraude diaboli, reducit in ſuam conſperſionem, ſcilicet terram: cumque in reſurrectione vniuerſali reformabit & refinget. Iuſtum gloria immortali exornabit, vt poſſit frui æterno regno: iniuſtum ſic componet & finget, vt poſſit perpeti æternum ſupplicium. *In Gen. cap.* 3.

*Plinii.* Sol, luna, ſtella, mare, terra, arbores, herbæ, bruta, & in his ..., formicæ, conchæ, denique lucernæ, tempeſtatem præſentiunt: Solus homo ſua mala non præſentit, neque proſpicit. *Lib.* 18. *cap. vlt.*

*Ceruæ paſtu* dictamni excutiunt corpore ſagittas: à phalangio percuſſi cancrorum eſu ſibi medentur: lacertæ à ſerpentibus ictæ herba quadam ſe refouent: hirundines vexatis pullorum oculis chelidonia ſuccurrunt: teſtudo cuniculæ paſtu vires aduerſus ſerpentes reficit: muſtela in murium venatu ruta ſe confirmat: ciconia origano: hedera apri ſibi medentur in morbis, item cancrorum ...: anguis fœniculi ſucco abiicit exuuium: draco vernam nauſeam ſyluestris lactucæ ſucco reſtinguit: pantheræ aduerſus aconitum, hominis excrementis ſibi medentur, elephas chamæleontæ ... (nam ſimilis eſt animanti color) deuorata; vrſi cum mandrogoræ mala deguſtauere, formicas lambunt: ceruus venenatis pabulis herba cinaræ reſiſtit: palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum faſtidium purgant: idem faciunt columbæ, turtures, gallinacei, herba quæ vocatur helxine, anates, anſeres, cæteræque aquaticæ, herba ſiderite: grues & ſimiles, iunco paluſtri: coruus occiſo chamæleonte qui etiam victori nocet, lauro infeſtum virus extinguit: breuiter nullum eſt animal, quod non intelligat ſua remedia, Solus homo neſcit, vnde vel corporis vel animi remedia petere debeat. *lib.* 8. *c.* 27.

*Si hominibus lætum* eſt & glorioſum, filios habere conſimiles, & tunc magis generaſſe delectat, ſi ad patrem lineamentis paribus ſoboles ſucciſiua reſpondeat: Quanto maior in Deo patre lætitia eſt, cum quis ſic ſpiritualiter naſcitur, vt actibus eius & laudibus diuina generoſitas prædicetur? *Serm. 2. De zelo & liuore.*

*D. Hieronym.* Signaculum Dei eſt, vt quomodo primus homo conditus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei: Sic in ſecunda regeneratione, quicunque Spiritum ſanctum fuerit conſequutus, ſignetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. *In epiſt. ad Epheſ. capite primo.*

*Laurentii Iuſtiniani patriarchæ.* Quemadmodum oriente ſole noctis caligo depellitur: ita ſe humani cordis penetralibus diuina luce fundente præteritorum vitiorum fugantur tenebræ, ac naturalis puritatis dies ſerena refulget. Atque ſi ex huiuſmodi gratiæ nouo ſplendore reformatur mens hominum, & virum mutatur in alterum, *De contemptu mundi cap.* 13.

*Dauidis regis.* Homo ipſi vanitati quam ſimilimus eſt, dies vitæ illius obſcuri, ſimiles ſunt vmbræ quæ aſſiduo magis ad noctis caliginem tendit, *Pſalm.* 144.

*Nazianzeni.* Vt aquarum fluxus copioſarum, incidentem recipiens pluuiam, bullas excitat, quarum aliæ ſimul vt natæ ſunt, rumpuntur, aliæ diutius inflatæ, poſtea & ipſæ rumpi ſolent: Sic huius vitæ mare alios cum paulisper conſpecti fuerint, occultat: alios diutius permanentes, ipſos quoq; ſubmergit, *Apud Antonium.*

*Gregorii Nyſſeni.* Quemadmodum lateres ex luto primam originem ducunt: Sic ex gleba terræ homines. *apud. Anton.*

### ¶ Adagium.

Vt nunc ſunt homines.

*Si notabis temporum tuorum mores, vt ſemper in peius degenerantes à virtute maiorum: applicabis illud Homericum* Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. *Quod quidem Hemiſtichion aliquot eſt locis apud Homerum: hic de Aiace & de Hectore, ſaxum ingens humo facile tollentibus: Iliados quinto de Tydeo ſaxum item tollente.*

Homo homini Deus,

Homo homini Lupus.

*Adagia vulgo familiaria, quæ pii & impii diſcrimen in humana vita detingunt.*

### ¶ Hieroglyphica.

*Palma* in myſticis literis celebratiſſima, duplici de cauſa hominis ſimulachrum eſſe putatur: primum quia fructum non fert ſine coitu, ſed replentur eius rami gemmis maſculeis, quaſi ſemine quodam: deinde quia in ſuperiore parte habet quaſi cerebrum, quod Hebræi *Halulab*, Arabes vero *Chedar & Gemar* vocant: quo corrupto, moritur arbor, ſicut cerebro læſo, homo interit, quod quidem huic ſoli plantæ contingit. Præterea qnod comam in cacumine habeat, & ramos in manuum modum protenſos, & fructus digitorum figuram præ ſe ferentes, vnde *dactyli*, id eſt, *digiti* ſunt appellati *Eruditus quidam lib. 2. Hieroglyph. pag.* 588.

Quoniam tumorculi illi, qui ſtillicidiis fiunt in aqua, cito prætereunt: ad humanæ vitæ fragilitatem oſtendendam, hieroglyphicum factum eſt prouerbium *homo bulla*, cuius meminit, *Varro lib de re ruſtica primo Pier. Val. l. 14. pag.* 396.

*Conſule etiam tit. de Morte & vita.*

---

# Honeſtas, Honeſtum.

### ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

HONESTAS, Græce σεμνότης, ητος, ἡ, & σεμνινώ, honeſto dicitur. Et autem honeſtas mollis compoſitaq; moroſitas, *ſecundum Ariſtot. lib. Rhetor.*

Honeſtas eſt morum caſtitas, i. ſanctitas & diſciplina verbo Dei conſentiens, quæ in rebus externis & publicis legibus ſancita eſt, & in omni ordinum genere apparet. Huic contraria eſt ἀταξία 2. *Theſ.* 3. 6. & 1. *Theſ.* 5. 14. Verbum Hebr. *Hadhar* ſignif. ornauit, reueritus eſt, veneratus eſt Inde nomen *Hadhar*, Ornatus, honeſtas, decor, magnitudo, magnificentia. Verbum *Cabedh*, ſignificat Grauis fuit. Inde *Cabodh*, gloria, honeſtas, grauitas, honor. Aliud verbum *Iakar* ſignificat precioſus fuit, charus eſt habitus. Inde *Iekar* nomen, dignitas, honeſtas.

Honeſtas Græce καλὸς, ȣ̃, ὁ, dicitur. Eſt autem honeſtum id quod tale eſt, vt detracto omni vtilitate, vllis præmiis fructibuſq; per ſeipſum poſſit iure laudari, quod quale ſit, non tam diſputatione, qua ſum vſus, intelligi poteſt, ( quanquam aliquantum poteſt ) quam communi omnium iudicio, & optimi cuiuſque ſtudijs aut factis, qui multa ob eam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, etſi nullum conſecuturum emolumentum vident. Vt enim conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari fama glorioſum? *ſecundum Cicer. lib. 2. de finibus bonorum & malorum.*

Honeſtum idem eſt, quod ſpiritualis pulchritudo, vel quod eſt honore dignum, & idem quod virtus. *Ex B. Thom. ſecunda Secunda q. 145. art.* 1. Refertur nonnunquam ad corporis pulchritudinem. *Terent. Ita me dii ament, honeſtus eſt, hoc eſt, formoſus.*

¶ Loci Biblici.

Honeſtæ res coram hominibus procurandæ, *Rom.* 12. 17.
Honeſtas externa pars Eccleſiaſtici ordinis, 1. *Cor* 11. 14. & 14. 40.

¶ Patrvm Sententiae.

Tanta eſt probitatis vis & honeſtatis, vt omnis vel pene omnis eius laude moueatur humana natura, nec vſq; adeo ſit turpitudine vitioſa, totum vt amittat ſenſum honeſtatis, *Aug. lib. de ciuit. Dei.*

Tantum ſplendor honeſtatis eſt, vt vitam beatam efficiat tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. *Ambroſ. libro ſecundo, de Offic.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Nihil turpe faciendum bono viro etiam ſi ex omni parte lateat, etiam ſi omnes Deos hominesque celare poſſimus. Nihil tamen in nobis auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Sapientis enim eſt proprium nihil quod pœnitere poſſis facere, ſed ſplendide, conſtanter, grauiter, honeſte omnia. *Cic. 3. de Offic.*

Ecce torpent ingenia deſidioſæ iuuentutis, nec in vnius honeſtæ rei labore vigilatur, ſomnus languorq; eſt ſomno & languore turpior, malarum rerum induſtria inuaſit animos, cantandi, ſaltandique obſcœna ſtudia, effœminatos tenent: & ad muliebres blanditias extenuare vocem, mollitia corporis certare cum fœminis, immundiſſimis ſe extollere immunditiis, noſtrorum adoleſcentiam ſpecimen eſt, qui ſunt expugnatores alienæ pudicitiæ, immunditiæ negligentes ſuæ, *Senec. in Rhetor.*

Ita viue, vt nihil tibi committas, niſi quod committere etiam inimico tuo poſſis, *in epiſt.*

Honeſta & iuſta, de quibus ciuilis conſiderat, tantam differentiam, tantumque errorem in ſe habent, vt lege non natura eſſe videantur. *Ariſt. Ethic. c.* 3.

Honeſta omnes aut plerique volunt, ſed tamen vtilia eligunt. *Idem* 8. *Ethic. c.* 13.

Honeſtum eſt, quod per ſe eligendum cum ſit, laudabile eſt: bonum autem ſit iucundum, ſit quia bonum, *Ariſt. Rhet.* 1.

Honeſta ſunt & efficientia virtutis, & quæ à virtute efficiuntur. Honeſta ſunt quorum præmium eſt honor: & quorum præmium honor potius quam pecunia, & quæ ſimpliciter bona natura bona ſunt, & quæ accidunt, vt potius ſint mortuo, quam viuenti & quæ aliorum gratia, *idem ibid.*

Honeſtum quod in nobis eſt, hoc ex nobiſmet ipſis poſſidemus, *Alex. Aphrod. in* 1. *natur. q. c.* 2.

Honeſtum & honoratum eadem ſubiecto ſunt, ratione autem differunt: nam honeſtum expetitur: honoratum propter excellentiam ſic appellatur, *Simpl. in* 1. *anim. tex.* 1.

Honeſtum id eſt, quod propria ſua vi eſſentiali nos trahit, & allicit, & hoc per ſe appetimus. Et nil vtilitatis vel delectationis nobis afferat. *Albert. Magn. de natur. & orig. ani. tract.* 2. *c.* 6.

Honeſtum eſt homines erudire. *Plat. Apolog.* Honeſtum nullum, vt honeſtum malum eſt, nec turpe, vt turpe, bonum. *Idem in Alcib.*

Honeſtum bonum eſt: nam omnes honeſtæ actiones bonæ quoque ſunt. *Protag.* Honeſtum & bonum virum & fœminam felicem eſſe iniuſtum & malum miſerum dico. *In Georg. idem*

Honeſtum vtile, & iucundum qui loquendo inuicem diſcreuit, non eſt audiendus. *Ficin. in Plat. de legib. dialog.* 2. Honeſtas ſolius mentis decor, pulchritudo, & ornatus exiſtit. *Idem de volup. capite* 8.

Honeſtum ab vtili non re ipſa, ſed cogitatione diſcernitur. *Seb. Toxitus in* 5. *Plat. de Repub.* Honeſtum non eſt ab vtili diſiunctum. *Marc. Anton. Natta de pulchro, lib.* 4.

Honeſtum vtili atq; iucundo duabus de cauſis dignitate præcedit: primo, quia iucunda in ſenſu, vtilia in phantaſia, honeſta in intellectu collocantur: ſecundo quia vtile & iucundum ad honeſtum, vt ad finem referuntur. *Leo Heb. de Am. dial.* 1.

Honeſtum cum vtili conuenit atque iucundo in rebus, quæ poſt earum abſolutam acquiſitionem iam poſſidentur, diligendis. *Leo Heb. de Amore dialog.* 2.

Honeſta & iucunda expetuntur ſimul, & amantur, quia ipſorum deſiderium in phanthaſia exiſtentiam quandam voluptuariam excitat: vtilia vero cum actu tantum poſſidentur ... non, cum prorſus cupientibus ſint aliena, *idem ibid.*

Honeſtas idoneum militem reddit, *Veger. l.* 1. *c.* 7.

Quum quis res alienas non appetit, ſed ſuas tantum ... paſſus repulſam armis ius ſuum perſequitur, hoc ... ſione honeſtum eſt, *Dionyſ. Halic. l.* 8.

Animo per libidines corrupto nihil honeſti ineſt. ... *nal. lib.* 11.

¶ Apophthegmata.

*Pythagoras*, fac ea, inquit, quæ iudicaueris eſſe ... poſtquam feceris, inglorius futurus ſis. Omnis ... malus iudex eſt vulgus: quorum igitur laudes ... res, eorundem vituperia quoq; ſperne. *Stob. ſerm.* ...

*Plato* Optimum ſane, inquit, hoc dictum eſt, ... Quod vtile, ſimul etiam honeſtum eſt, *Stob. ſerm.* ...

*Socrates.* Equus generoſus (dicebat) iudicabitur, ... ſumptuoſe ornatus, ſed eximius natura: itidem ... qui opibus prædiues, ſed qui anima egregius erit. ...

*Antiſthenes* dicere ſolebat, ea demum honeſta ... quæ bona ſunt: turpia vero quæ mala, *Laert. l.* 6. ...

Lacones, ſi quando ſuos inuocarent Deos, nihil ... quam vt adderent dii cæteris bonis etiam ea, quæ ... eſſent. Tantum valebat apud homines gentiles ... *Huius rei teſtis eſt Plut. in apoph. Lacon.*

¶ Similitvdines.

*Socratis.* Quemadmodum in ſimulachro: ſic in ... mnes partes pulchras eſſe conuenit. *Apud Stob. in ſerm.* ... *qui eſt in ordine primus.*

*Vt ſtatua* baſi: Ita vir bonus inſtituto innixus ... nus dimoueri debet, *apud Stob. ſerm.* 1. *de Prudent.*

*Roterodami.* Sicut Mercurius quam minimo ... ſole, licet alioqui vagus & errabundus: Ita non oportet ... honeſto diſcedere ſapientem. *In Simil.*

*Vt matre* grauida, minus laborat & in geſtatione ... ſi rem honeſtiſſimam animo conceperimus, minore ... ſequemur, quam ſtulta quædam oblectamenta. Et ... mia ſequuntur, minore dolore margaritam illud ... bi parare poterant. *In Simil.*

*Vide virtus.*

# Honor.

¶ Deinitio et Etymolog...

Honor, Græce τιμὴ, ῆς, ἡ, & τιμικὸς, ȣ̃, ὁ, hono... & τιμάω honoro. Eſt autem honor proprie ... tas, quæ quauis ex cauſa alicui exhibetur. *Virgilius:* ... *tali me dignor honore.* Et quoniam multa ſunt, propter ... rem exhibere ſolemus, factum eſt, vt pro diuerſitate ... teriæ, hoc vocabulum diuerſa ſignificet. Hinc aliquando ... pro pulchritudine ponimus. *Virgilius: Frigidus & ...* *decuſſit honorem.* Aliquando pro obſeruantia & cultu ... *Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.* Interdum ... nonnunquam pro præmio: *Vergilius, ipſis præcipue ...* *dit honores.* Quandoq; pro ſepultura. *Vergilius, ...* *& mortis honore carentes.*

Honor municipalis eſt Reipub. adminiſtratio, cum ... gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione ... *Calliſtratum Iuriſconſultum.*

Ab honor fit honoro verbum, quod eſt colo & ... norificum, quod eſt plenum honoris: & honeſtum, ... *quibus infra.*

Honor eſt maximum bonorum exteriorum, *ſecund. ...* 4. *Ethic.*

Honor eſt benefactiuæ gloriæ indicium, *ſecund. ...* *Rhet.*

Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium, *ſecund. B. Th...* *Secundæ. q.* 129. *art.* 4.

¶ Loci Biblici.

Honor & eius diuerſæ ſignificationes: pro pretio & ... *Coloſſ.* 2. *verſ.* 23. pro ſubſidio & quouis officii genere, ... *Roman.* 12. 10. *Epheſ.* 6. 2. 1. *Tim.* 5. *verſ.* 3. 17. 1. *Pet.* 2. 17. pro ... Magiſtratui debita, *Roman.* 13. *verſ.* 7. pro honeſta ... dine, 1. *Pet.* 3. *verſ.* 7. Honor habendus eſt corpori, 1. *Theſ.* ... nos Deo debitus, *Malach.* 1. 6. Regi, 1. *Pet.* 2. 17. Parentibus, ... 16. *Matth.* 15. 4. *Luc* 18. 20. *Epheſ.* 6, v. 1. 2. Proximis, *Rom.* ... 2. 3. 1. *Pet.* 2. 17. Vxori impertiendus. v. 37.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Honor credentibus in Christum, 1. *Pet.* 2.7. Honor tribuendus cui debetur, *Rom.* 13.7. Honor qui ab hominibus proficiſcitur, non magni faciendus, *Num.* 16.1. *Iud.* 9.1. *Sam.* 10.27. 2. *Sam.* 15. & 1. *Reg.* 15. & c.6. & 6. *Eccl.* 9.16. & 10. *Verſ.* 29 30. *Ierem.* 9.23. *Matth.* 6.1. & 9.30. & 17.9. & 20. & 21.26. *Marc.* 1.44. & 5.43. & 7.36. & 8. & 9. & 9. & 10.35.43. *Luc.* 22.24. *Ioan.* 6.15. *Rom.* 8.50. & 12.43. *Actor.* & 14. v. 14. *Galat.* 6.2. *Philip.* 2.3. 1. *Theſſal.* 2.6. 1. *Petr.* 5.33. *Ioan.* & *Apoc.* 19.10. & 22.9.

Honorat Patrem Chriſtus, *Ioan.* 8.49. Honorans Deum, fidens honoratur, 1. *Sam.* 2,30. Non honorans Filium, non honorat Patrem, *Ioan.* 5. v. 23.

Honorare, pro quibuslibet charitatis officiis proſequi. 1. *Pet.* 2.17.

¶ Patrvm Sententiae.

Remotis obſtaculis inſanæ opinionis ſcelera nuda penſentur, nuda inſpiciantur, fallacia tegmina & vanæ laudes & gloriæ auferantur: & apparebunt miſeriæ peccatorum, *Auguſt. lib* 3. *de ciuitate Dei.*

Gloriam & honorem non debet ſequi virtus, ſed ipſa virtutem: Vnde honores quos expetunt multi, Cato petere non debuit, ſed ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. *ibid. li,* 5.

Rerum, gentium, nationumq; imperium penes reges erat, quos ad faſtigium honoris non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, *ibid. li.* 4.

Vbi honor non eſt, ibi contemptus eſt: vbi contemptus, ibi frequens iniuria, ibi & indignatio: vbi indignatio, ibi quies nulla: vbi quies non eſt, ibi mens a propoſitio ſæpe deiicitur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ſtudio minus fit ab eo, quod tollitur, & quod minus eſt, perfectum dici non poteſt. Ex hac ſupputatione illa ſententia naſcitur, Monachum in patria ſua perfectum eſſe non poſſe, perfectum eſſe nolle, delinquere eſt *Hieron. in epiſt.*

Non eſt dignum, vt inde exigas honorem, vnde refugis laborem. *ibid.*

Deiecisti eos, dum alleuarentur, quum alleuatur, deiicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Greg. in regiſt.*

Cum mali præpoſiti ſuum contra veritatem honorem exigunt, ab omni rectitudine ſequentium corda ſubuertunt. *In moral.*

Prædicatores boni & honorem propter elationem fugiunt: & honorem tamen propter imitationum volunt. *ibid.*

Honor malis exhibitus in eorum commutatur ruinam. *In* 7. *moral.*

Differentia dignitatis facta eſt inter ſanctos, vt vnus ſit Epiſcopus, alius miniſter, contumacia carnis coegit, & peruerſitas mundi & operatio inimici, honores vt videantur eſſe, ſed re vera non ſunt: ſed miniſteria. *Chryſoſt. ſup. Matth.*

Quicunq; deſiderat primatum cœleſtem, ſequatur humilitatem terreſtrem: non enim qui maior fuit in honore, ille maior: ſed qui melior, ille maior. *ibidem.*

Honor verus virtus animi eſt, hic honor nec à Cæſaribus præſtatur, neq; adulatione conquiritur, neq; pecunia præparatur, nihil fucati in ſe habet, nihil ſimulati, nihil occulti huius honoris ſucceſſor nullus eſt accuſator: nullus ingratus. *De reparatione lapſi.*

Honoris magnitudo his, qui pro digno viuunt honore, ſtimulus incipit eſſe pœnarum. *idem ſuper Matth.*

Epiſcopus ſi debitum honoris non acceperit à presbytero, aut presbyter ſi non acceperit à diacono, aut diaconus a lectore iraſcitur & turbatur: ſi autem viderit epiſcopus presbyterum, aut presbyter diaconum circa obſequium Eccleſiæ non permanentem, aut peccantem in Deum, neq; iraſcitur ei, neq; curat, quia omnes quidem de ſuo honore ſolliciti ſunt, de honore autem Dei nullus. *ibidem.*

Qui de amore non venit honor, non honor, ſed adulatio eſt. *Bernard. in Cant.*

Chriſtus ad ſanandum filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur: ad ſeruum vadit, ne ſeruilem conditionem ſpreuiſſe putaretur. In hoc ſuperbia noſtra retunditur: qui in hominib. non naturam, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed honores & diuitias veneramur. *Beda.*

Qui priuatus ſui autoritatem perdit, in deſpectionem, & anguſtiam ſe mittit: qui autem locum ſuum ſapienter cuſtodit ſe ac ſuos ad profectum dirigit, *Gloſſ. ſup. Eccl.* 23.

Quidam honores fugiunt vt honorib. obuient, ſubeſſe fugiunt, vt poſſint præeſſe. Sæpe enim gloria, vt acquiratur, contemnitur, & laudus vt obtineatur, relinquitur, *Hugo.*

Tanti filii hominum ad honores angelicis humeris formidandos: non tamen virgula debet eſſe, cui domus innititur, nec vitulus, ſed bos ad aratrum ponitur. *ibid.*

Decet quidem cunctos patriæ ſuæ augmenta cogitare, ſed eos, maxime quos Reſpublica ſibi ſummis honorib. obligauit: quia rectum eſt, vt eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt maiora ſuſcipere. *Caſſiod. li.* 4. *epiſt.*

Dignum enim videtur, vt qui eſt ſcientia præditus, reddatur honore reuerendus. *ibid.*

¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. lib. 1. Triſt. eleg.

*Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore,*
*Quærendique mihi nominis ardor erat.*

Horat. ſerm. lib, 1. Satyr, 6.

*Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru,*
*Non minus ignotos generoſis.*

Perſius Satyr. 1.

*An erit qui velle recuſet*
*Os populi meruiſſe.*

Vergil, Eclog. 5.

*Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,*
*Dum thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ:*
*Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt.*

1, A Eneid,

*In freta dum fluuii current, dum montibus vmbræ*
*Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet,*
*Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.*

Solon per Auſon.

*Non erunt honores vnquam fortuiti muneris.*

Ouid. 1. Faſt.

*In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,*
*Cenſus amicitias pauper vbique iacet.*

Idem 3, Amor. 1,

*Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores:*
*Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.*

Boeth. 38.

*Quid dignum ſtolidis mentibus imprecor?*
*Opes, honores ambiant.*
*Et cum falſa graui mole parauerint,*
*Tum vera cognoſcant bona.*

Nemeſianus Eclog. 1.

*Namque fuit dignus ſenior quem carmine Phœbus*
*Quem calamis fidibuſque Linus modulantibus Orpheus.*
*Concinerent, atque acta viri, laudeſque ſonarent.*

¶ Philosophicae Sententiae.

Qua in ciuitate non maximus virtuti honos tribuitur: in ea optimus ciuitatis ſtatus ſtabilis & firmus eſſe nullo modo poteſt, *Ariſt. li.* 2. *de Repub. c.* 9.

Eſt bonorum externorum maximum gloria *li.* 4. *Eth. ca.* 3.

Honor & gloria ſuapte natura grata iucundaq; ſunt, & ad vtilitatem quoq; maxime valent, *li.* 1. *Rhet. c.* 6.

Si verum iudicare volumus, ſolis bonis honos debetur. *l.* 4. *Ethicorum ca.* 3.

Imperia & opes, gloriæ cauſa expetendæ ſunt. *ibid.*

Licet & vt decet honorem gloriamq; expetere, & nimium & parum, *Ethi. c.* 7.

Excitantur ad ſubeunda pericula ciues & pœnis, & probris, & honoribus, qui decreti ſunt legibus. *li.* 3. *Ethic. c.* 8.

Honoris ſtudio, probrique fuga, quod eſt turpe, comparatur, *ibid.*

Laus in ſolis vltroneis locum habet. *li.* 1. *Magno Moral. ca.* 3.

Omni ſeni honos tribuendus eſt is, qui ætatem illam decet, aſſurgendo, decedendo de via, aliiſque generis eiuſdem, *li.* 9. *Ethi. capit.* 2.

Vt Diis, ſic ſuus honor tribuendus eſt parentibus: non omnis quidem, ſed patri is, qui patrem: matri is, qui matrem deceat, *ibidem.*

Cognatis atq; tribulibus, ciuibus item reliquiſq; omnibus, ſemper enitendum eſt, vt ſuus cuiq; honos tribuatur. *ibid.*

Quorum præmium honor eſt atq; laus: longe præſtantiora ſunt, quam ea quorum præmium eſt pecunia. *li.* 1. *Rhet. c.* 9.

Communis conſeruandæ omnis Reipubl. ratio eſt neminem ornare ſupra modum: ſed exiguos potius, & diuturnos honores, tribuere quam celeriter magnos. His enim talibus deteriores fiunt, & ferre ſecundam fortunam non omnes poſſunt. *libr.* 5. *de Republ. ca.* 8.

Vt ii qui pecunias amant, pecuniarum imminutionem: ſic ambitioſi ac boni viri, gloriæ iacturam moleſte ferunt. *lib.* 5. *de Republ. ca.* 11.

Eſt virtutis merces gloria, quæ eadem bonis viris tribuitur. *Ethic. li.* 4. *c.* 3.

Honorem & gloriam bona eſſe neceſſe eſt: iucunda enim ſunt & effectiua multorum: ac vt plurimum ea vere ineſſe oſtendunt, propter quæ fiunt. *li.* 1. *Rhet. ad Theodecten. c.* 6.

Dignitas ad externa bona refertur: quorum maximum ponimus id quod & Diis tribuimus, & quod maxime expetunt omnes ii, qui ſunt in magiſtratu, & quod rerum geſtarum vel præclariſſimarum mercedem omnes deſiderant, qualis gloria eſt. *lib.* 4. *Ethic. ca,* 3.

Gloria eſt, cum virtuoſus à cunctis exiſtimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. Honor autem eſt exiſtimationis beneficentiæ iudicium. Honorantur ergo maxime, atq; merito, qui beneficia contulerunt: deinde qui conferre queant. *li.* 1. *Rhet. ad Theodect, c.* 5.

Honoris partes ſunt ſacra, memorationes, decantationes carminum, aut ſolutæ orationis ad laudem recitatio: luci vel primi conſeſſus, ſepulchra, imagines, publici victus. Ad hæc etiam bar-


bara

bara, vt incl[illegible] [illegible]nati, loco cedere: munera quoque, ſed alia apud alios honorat[illegible] [illegible]ora. *Ibid.*

Eſt [illegible] in eorum potius poteſtate qui colunt honos, quam qui co[illegible]tur. *Ethic. li.* 1. *c.* 5.

Nulla voluptas humana videtur ad diuinam accedere propius, quam ea delectatio quæ ex honoribus percipitur. *Xenoph. in Hierone.*

Gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus ſunt. *Liuius Dec.* 1. *li.* 4.

Magni fiunt animi magnis honoribus, *Idem, ibid.*

Virtutis vberrimum alimentum eſt honos. *Max. lib.* 2. *c.* 6.

Candidis animis voluptatem præbent in conſpicuo poſita, quæ cuique magnifica merito contigerunt, Quia æque præmiorum virtus, atque honorum contemplatio iudicanda eſt, ipſa natura nobis alacritatem ſubminiſtrante, cum honorem induſtrie appeti & excolui grate videmus, *Idem lib.* 8. *c.* 15.

Sapientes principes non ad ſtatuas, picturas, diuinosve honores, ſed ad ſuas ipſorum actiones reſpicientes, illis aut vt honoris cauſa delatis fidunt, aut vt neceſſitate extortis diffidunt: intelligentes populum ſæpe tum maxime, cum honores decernit, odio habere eos qui immodicos honores, idque ab inuitis accipiunt. *Plut. in Demetrio.*

Magni honores immodicæque poteſtates etiam hominum animos ad faſtum extollunt atque corrumpunt. *Dion. li.* 36.

Pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit. *Seneca in Epiſtolis.*

Nemo eorum, quos diuitiæ honoreſque in altiori faſtigio ponunt, magnus eſt. Quare ergo magnus videtur, cum baſi ſua illum metiris, Magnus pumilio, licet in monte conſtiterit. Coloſſus magnitudinem ſeruabit, etiamſi ſteterit in puteo. Hoc laboramus errore, quod neminem æſtimamus ex æquo. Cum vero velis æſtimationem hominis inire, & ſcire qualis ſit, nudum reſpice, ponat patrimonium, honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ſuum exuat, & animum intuere qualis ſit, quantuſq; , alieno, an ſuo magnus. *idem.*

Abſtrahunt nos à recto diuitiæ, honores, potentia, & cætera, quæ opinione noſtra chara ſunt, pretio ſuo vilia, nihil habent iſta magnificum, quo mentes noſtras in ſe trahant, præter hoc, quod mirari ills conſueuimus. *Seneca ad Lucilium, Epiſt.* 82.

Honor maior eſt in honorante, quam in honorato. *Ariſtot. libr.* 1. *Ethic.*

Paruus honore non eſt dignus. *Ariſt. li.* 4. *Ethic.*

Vbi enim iſtum inuenies, qui honore amici anteponat ſuo? *Cic. lib. de Amicit.*

Contempto igitur honore, contempta etiam pecunia, quid relinquitur quod extimeſcendum ſit? *Ci. lib. vltimo Tuſcul. qu.*

Gloriam & honorem, & imperium, bonus & ignauus æque ſibi exoptant, Si bonus, vera via nititur: ſed ignauus, quia bonæ artes deſunt, dolis atq; fallaciis contendit. *Saluſtius in Catilinaria.*

Nam & virtutis vberrimum alimentum eſt honos. *Valer. Max. li.* 2. *Tit. de Inſtitutis antiquis.*

## ❡ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes.* Athenienſes per adulationem decreuerant, vt Alexander pro libero patre haberetur & coleretur. Hunc honorem irridens Diogenes: Et me, inquit, Serapin facite. Vt enim Bacchus inter Satyros eſt, ita Serapis ab Ægyptiis ſpecie bouis colitur. *Laer. li.* 6.

*Ariſtoteles* præcipuam dignitatem eſſe dicebat, non fungi honoribus, ſed ab aliis dignum honore iudicari. *Stob.*

*Alexander* Capta Petra, arce inexpugnabili in India, Alexandrū amici eius iactabant ſupergreſſum rebu[illegible] g[illegible]ſtis Herculem: At ego, inquit, res geſtas meas cum imperio non exiſtimo eſſe vni Herculis verbo æquiparandas. *Plut in apoph.*

*Pythonem*, quod interfeciſſet regem Cotyn, magni faciebant Athenienſes & honorabant: Sed ille, Deus hoc (inquit) manu vſus mea perpetrauit. *Plutarchus in præceptis politicis.*

*Phauorinus philoſophus.* Athenienſes Phauorini æneam ſtatuam deiecerant, vt hominis Cæſaris inimiciſſimi. Erant enim Athenienſes vectigales Adriano Cæſari. Id poſteaquam philoſopho denuntiatum eſt, nihil commotus dixit: Vtilius erat Socrati ab Athenienſibus ærea priuari ſtatua, quam bibere cicutam *Philoſtratus.*

*Demetrius* Antigoni filius, cum Rhodum obſideret, vrbemque iam cepiſſet, tabulam quandam Protogenis manu depictam ſtudioſe ſeruari ſibi præcepit, dicens: ſe citius parentis imagines, qua[illegible] eā picturam aboliturum. *Plut. in Demetrii vita.*

*Neocles*, Arato deſtinanti tyrannorum communi odio abolere tabulam inſignis artificii, quæ Ariſtratum in curru victorem habebat: Neocles ſupplex interceſſit, vt opus incolume ſeruaretur, dicēs: Cum tyrannis non cum tyrannorum imaginibus belligerandum eſſe. *Eraſ. li.* 6. *apoph.*

*Scipio minor* vbi ciuitatem comperit ſtatuis deorum Græcanis ac monimentis, è Sicilia deportatis differtam, per præconem pronuntiari publice iuſſit, vt qui illarum eſſent vrbium agnoſcerent illa, ac referrent domum. *Plut. in Rom. apoph.*

*Iulius Cæſar* cum triumphans ſubſellia trib[illegible]
Pontius Aquila non aſſurrexit vnus omnium [illegible]
vt proclamarit, Repete ergo Aquila à me Rempu[illegible]
deinde per continuos aliquot dies cuiquam pollic[illegible]
hac exceptione: Si tamen per Pontium Aquilam [illegible]
*apoph.*

*Ioannes Picus* ſæpe oblatas & ſacras & profanas [illegible]
gno reſpuit, Deo & ſtudiis ſe addictum reſponde[illegible]
quidam magni nominis amicorum ſuaſu eum ad [illegible]
gnitatem petendam, vel certe ſi offerretur ampl[illegible]
de hortaretur, reſpondit: Non ſunt cogitationes [illegible]
veſtræ. Bona Eccleſiæ pauperum bona ſunt. *Ioan.* [illegible]
*eius vita.*

*Paulus Aemilius* iterum petens conſulatum, [illegible]
terum cum bellum aduerſus Perſeum ac Macedon[illegible]
gnitieq; ducum iam longum duceretur, eidem[illegible]
tuliſſent, negauit ſe illis habere gratiam, non [illegible]
deſignatum imperatorem, quod ipſe deſideraret [illegible]
quod ipſi imperatorem. *Plut. in Rom. apoph.*

*Cicero* in Vatinium, qui paucis diebus conſul fu[illegible]
Vatinii anno magnum oſtentum fuit, quod eo [illegible]
ma, nec ver, nec æſtas, nec autumnus fuiſſet. Nam [illegible]
totus diſtinguit, quarum vnaquæque tres menſes [illegible]
an hoc ipſum ſit, quod aliter refert Pollio in Manno [illegible]
ſul qui ſex meridianis horis conſul fuerat, ioco Cice[illegible]
eſt: Conſulem habuimus tam ſeuerum tamq; cen[illegible]
ius magiſtratu nemo pranſus ſit, nemo cœnauerit, [illegible]
rit, niſi forte videtur hoc magis ad Caninium Re[illegible]
re. *Macrob.*

*M. Voltacilius*, cum audiret Caium Seruilium per [illegible]
diem conſulem fuiſſe, in Flaminium præſentia d[illegible]
tea Flamines, nunc vero conſules diales creatos eſſe [illegible]
ad Flamines Diales, à Romulo, vel vt alii volunt, à N[illegible]
creatos, qui à geſtatione filiorum Filamines dicti ſ[illegible]
tem Diali iurare non licebat, & iniurato credeba[illegible]
2. *Saturn. c.* 2.

*Alphonſus* interrrogatus, quid ſibi ſine vtilitate [illegible]
deretur: Conſimile id ſibi videri reſpondit vt ſi pe[illegible]
acre quis cernat, ſed offenſus caligine oberret [illegible]
autem eos, qui ad magnos honores aſpirant: quibus [illegible]
habent quo honoris titulo ſatisfaciant. Tales ſunt [illegible]
iam aurati, qui poſt profectionem ad diuum Iacob[illegible]
nicum ſepulchrum, ſe auratos equites nominan[illegible]
oſtendunt, cum vix habeant viaticum ad vnum [illegible]
are, pedes ire ſoliti. *Panor. lib.* 2. *de rebus geſtis Alpho[illegible]*

*Ariſtoteles*, cum quidam ei decretum Delphis [illegible]
iſſet ſcribens de his ad Antipatrum, inquit, Ea que [illegible]
decreto ſunt aſſignata, quibuſque nunc priuatus ſ[illegible]
meum afficiunt: vt neque magnopere mihi corde [illegible]
men omnium non cordi ſint. Sapientiſſime autem [illegible]
eſſe ſimile dignitatem aliquam ſuſcipere: & cum i[illegible]
ſpoliari. Non enim graue eſt, non adipiſci at cum [illegible]
ſum amittere, id ſatis quidem moleſtum eſt. *Aelian.* [illegible]
*hiſtoria.*

*Antiſthenes* ſciſcitatus, quæ res portenderet [illegible]
tium? Quando in his, inquit, nullum eſſe p[illegible]
malorum diſcrimen. Sentiens, eam Rempubl[illegible]
conſiſtere, vbi neceſſet honos virtuti, nec pœna ſcele[illegible]
*bro ſexto.*

*Theophraſtus* percontatus, quanam re commu[illegible]
ſocietas conſeruari poſſit? reſpondit, Si pœna [illegible]
tur à Republica, boni inuitentur honorum præm[illegible]
*mon* 41.

*Anaximenes* dicere ſolebat, Qui zelo affecti, re[illegible]
nullo neq; præconio nec honore dignantur, quemo[illegible]
pſi ex ſuis benefactis ſperare audebunt? *Stob.*

*Q. Fabius.* Fabio iam ſene, filius illius conſul [illegible]
quum publicitus multis audientibus habuiſſet ora[illegible]
conſcenſo equo præcedebat. Quum autem iuuen[illegible]
ſet, qui patrem iuberet equo deſcendere, alii quidem [illegible]
auerſati ſunt, vt Fabius ab equo deſiliens, non habit[illegible]
accurrit, ac filium complexus, Euge, inquit, fili, ſ[illegible]
quibus imperes, & quam magnum magiſtratum [illegible]
*apoph.*

*Anonymus*, Titius Labienus equiti ſtrenuo de præd[illegible]
rum donauit. Id videns Scipio, dixit equiti. Habebis [illegible]
uitis. Hac voce audita, eques aurum ad pedes Labien[illegible]
quum audiſſet Scipionem dicentem, Imperator te a[illegible]
teis donat: alacer gaudio abiit. Miles aurum contem[illegible]
amplexus eſt. *Eraſ.* 6. *apoph.*

*M. Cato* aiebat populum Romanum non tantum [illegible]
verum etiam virtuti plurimum conducere. Que[illegible]
enim tinctores eum potiſſimum colorem inducunt, [illegible]
homines maxime delectari: ita iuuentus ad ea ſ[illegible]
mum incumbit, quibus populus defert honores. [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

malit artes, verùm etiam virtutem. Hoc pacto monebat vt magiſtratus his demum committeret, qui de ſe virtu- dediſſent: ita fieri, vt quam plurimi ſeſe ad egregia ſtu- ferrent. *Eraſ. li. 5. apoph.*

Qui virtutem honore ſuo fraudarent, eos dicebat ipſam à iuuentute auferre. Sentiens, præmiis animos iuuenum accendi: quæ ſi detrahas, ipſa virtus elangueſcit. *Plut.*

*Africanus.* Socrati cum Xenophontem in manibus ſem- habebat, cuius in primis laudabat illud, quod diceret: Eoſdem non eſſe æque grandes Imperatori ac militi, quod ipſe ho- laborem leuiorem faceret imperatori. *Cicer. libr. 2. Tuſcul.*

ſibi proprie & ſolum honorem æſtimari dicebat, quem maiorum commendatione, neq; per alterius calamitatē ſit. *Cicero in Philippicis.*

amico ac familiari cuidam ſuadenti vt tranquille & dum poſſet, vitam agereret, nec corpus tot tantiſq; pe- obiectaret, repondiſſe dicitur, Non temere à Romanis, illis ſapientioribus, Honoris templo Virtutis templum coniun- eſſe, in quod niſi per Virtutis templum introire nemini lice- intelligerent mortales, ad honoris faſtigium non voluptatū deliciis atque illecebris affluens eſſet) ſed virtutis, illa qui- aſpera & ſalebroſa, enitendum eſſe. *Panorm. li. 1. de rebus geſt.*

quum nationes, quæ id temporis Græciam incolebant, in clariſſimis quibuſq; ciuitatibus honoris cauſa ſta- ſcripſit illis hunc in modum. Mei nulla ſit imago, neq; neq; ficta, neq; vllo alio artificio parata. At principum vulgus honoris genere ſe Diis æquiparari credebat, ſummumq; rerum præmium arbitrabatur. Ageſilaus ipſo honeſto cō- negligebat eiuſmodi adulationes malens inſculpi pruden- ac bonorum hominum pectoribus, quam in foro æreus au- Eximiam virtutem ſponte ſuum conſequitur decus. ſpecioſior ſtatua quam honorifica bene actæ vitæ memo- *Plut. in apoph. Lacon.*

Quum moraretur in portu qui Menelai dicitur, manda- qui aderant, ne quam ſtatuam aut imaginem in eius hono- erigerent. Si quod, inquit, præclarum facinus geſſi, hoc erit mentum mei: ſin minus, ne omnes quidem ſtatuæ, quum ac nullius rei opificum opera, *Plutarch. in Lacon. a-*

Thaſii quoniam intelligebant Ageſilaum de ipſis optime templis ac diuinis honoribus illum dignati ſunt atque legati ad illum miſerunt. Is vbi legiſſet honores, quos le- ad illum detulerant, percontatus eſt, num illorum patria pote- haberet ex hominibus faciendi Deos? Quum illi reſpondiſ- habere: Agedum, inquit, primum vos ipſos Deos facite: id ſi tum vobis credam, quod me quoque Deum facere Vtrum hic prius admirari conuenit? animi celſitudinem, contemnentis oblatum, ob quod Empedocles philoſophus in Ætnam coniecit, quodque tot eruditi principes tot artib. ambierunt: an ingenii ſolertiam, qua Thaſiis vel ſum- vel abiectam adulationem in oculos ingeſſit? *Plut. apoph. Lacon.*

Quidam quum in peregrinatione vidiſſet homines curulibus ſedentes: Abſit, inquit, vt in talibus ſedeam ſellis, non liceat aſſurgere ſeniori. In his enim ſedebant delicati por- cruribus, ac cœlum imminens capiti prohibebat exurgere. Lacedæmonios vero ſcelus erat, iuuenem non aſſurrexiſſe ſe- *Plut. in Lacon.*

*Theopompo* Pilii cum decreto ſtatuiſſent ſummos honores, ipſe Mediocres honores ipſum tempus augere, immodicos vero dicens. Quo apophthegmate, id quod alii ſibi aut vendi- arroganter, aut ambiunt inepte, ipſe vltro delatum reiecit. *Plu. in Lacon.*

*Pyrrhus* quum rebus feliciter geſtis domum rediſſet, & à ſuis a- diceretur. Per vos, inquit, aquila ſum. Qui enim non eſſem, veſtris armis veluti pennis ſubleuer? Modeſtiſſime glorioſi nominis laudem in ſuos milites transferens, vitauit inuidiam. *Plut. in Regum & Imp. apoph.*

*Alexander* quum in bello crus ei eſſet ſagitta vulneratum mul- accurrerent, qui ipſum frequenter Deum appellare conſueue- porrecta hilariq; fronte ad Homeri carmen alludens dixit. eſt quem videtis liquorque, qualis diuis ſolet emana- Nimirum irridens adulatorum vanitatem, cum ipſa res ipſum nihil aliud eſſe, quam hominem. *Plut. in apoph. re- & Imp.*

*M. Varro* Pauli collega, quoniam ex Cannenſi pugna, quæ Ro- fuerat infeliciſſima, ſuperfuit, honores à populo delatos re- dicens, felicioribus magiſtratibus opus eſſe Reip. Quum gereret inculpatum, fortunæ ſuæ Reipub. vltro pœnas da- voluit, vir ob hoc ipſum ſummis dignus honoribus. *Eraſm. lib. 6. apoph. ex Plut.*

*Pompeius*, quum in Libyam aduerſus Domitium tranſiſſet, cū- que ingenti prælio ſuperaſſet, militibus ipſum Imperatoris titulo conſalutantibus, negauit ſe eum honorem admiſſurum, quamdiu hoſtium vallum ſtaret erectum. Hoc audito, milites, licet ingens obſtaret pluuia, impetu facto hoſtium caſtra adorti expugnarunt. Recuſauit honorem, nondum factis emeritum. *Plutarch. in apophtheg.*

*Iulius Cæſar*, populo, per adulationem Regem ipſum ſalutanti: Cæſar, inquit, ſum non rex. Maluit priuatum nomen, quam regium inuidiæ obnoxium. *Eraſm. libr. 4. apoph. Plutarchus in vita Cæſaris.*

*M. Antonius* quum Rhodum inſulam vi cepiſſet, & in ingreſſu ſalutaretur rex atque dominus: Nec rex ſum, inquit, nec Dominus, ſed regis ac Domini interfector. *Plut. in Antonio.*

*Tiberius* cuidam, à quo fuerat dominus appellatus, denuntiauit ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Quanta modeſtia in tanto principe? Nunc quidam nihil audire poſſunt, niſi ſacras maieſtates, gratioſas celſitudines, & reuerendiſſimas dominationes *Eraſm. lib. 6. apoph.*

*Maximus Senior Cæſar*, nunquam ad oſcula pedum quenquam admiſit, dicens. Dii prohibeant, vt quiſquam regnorum pedibus meis oſcula figat. *Capitolinus.*

*Alexander Seuerus* Imperator creatus, quum vix annos 16. natus eſſet, ob virtutes eximias, titulis magnificis à ſenatu decoratus nunquam in animum induxit, vt ſe Magnum, & Patrem patriæ cognominari pateretur: Oportere enim aiebat, vt res geſtæ maturiorque ætas ea nomina pararent, *Lampridius.*

*Gregor. Nazianzenus:* Cum ſucceſſus Gregorii in Eccleſia inuidia ſubſequeretur, adeo vt iniquis & minus ſanis proſcriptionibus ei abeundum eſſet, iamq; alius ordinaretur Epiſcopus, quod nemo illi palam dicere audebat, ipſe vero ſentiens quid fieret, dixit: Abſit, vt mei cauſſa aliqua ſimultas in Dei ſacerdotibus oriatur. Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite & mittite me in mare & deſinet à vobis quaſſatio, *In eius vita.*

*Alphonſus.* Neapolitani ciues, cum ob virtutem & clementiam Alphonſi regis decreuiſſent vno conſenſu omnes arcum regi triumphalem ad memoriam honorifice ſtruere, elegerunt locum ſuper gradus marmoreos maioris Eccleſiæ. Id vero quandoquidem fieri non poterat, ni magna ex parte dirueretur Nicolai Mariæ Buxuti, magnanimi & ſtrenui militis, domus, rex fieri omnino hoc prohibuit: Haud tanti ſe facere, inquiens, huiuſmodi ſaxorum ſtruem ventis imbrique obnoxiam, vt amici domum ideo euerti pateretur. Contempſit rex honorem, & laudem ſaxorum teſtimonio poſteris memorandam: cum ſecus hodie faciant ii, qui nullis virtutibus conſpicui, omnibus ædificiis & parietibus nomen ſuum poſteris celebrandum inſcribunt atque inſculpunt. *Panor. lib. 1. de reb. geſt. Alphonſ.*

## ¶ Similitudines.

*D. Anshelmi:* Sic agunt illi qui mundi huius honores appetunt, quomodo pueri, qui ſequuntur papiliones. Papiliones enim cum volant, tramitem rectum nunquam tenent, ſed huc illucque ſe agitant. Cumque alicubi reſidere videantur, nec ibi diu morantur. Hos autem cum pueri capere volunt, cito poſt eos currere ſatagunt, ſed qui non ad pedes ſuos, ſed ad papiliones, intendunt, aliquando in foueam cadunt, ſeque immaniter lædunt: plerunque vero cum eos vident alicubi reſediſſe, incedunt ſuauiter & caute, vt eos valeant comprehendere: quod dum faciunt, manibus quoque plaudunt, & ad inuicem leui voce dicunt. Ecce iam eos habebimus, ſed cum propius accedentes, eos apprehendere tentant, papiliones auolant. ſi quando vero eos apprehenderint, exultant de nihilo, quaſi magnum quid fuerint adepti: Similiter faciunt, qui huius mundi honores appetunt. Honores enim huius mundi nunquam tenent viā, ſed incertis diuerticulis de vno ad alium tranſuolant: cumq; ſub alicuius ſubſtiterint poteſtate, nec ibi diu poſſunt manere. Hos ergo cum ſtulti homines aſſequi cupiunt, feſtinant poſt eos quibuſcunque modis poſſunt: & quia non conſiderant quo eos modo aſſequantur, ſed vt quoquo modo adipiſcantur, ſæpius in grauia crimina decidunt, quibus ſuas animas vehementer lædunt, aliquando vero cum viderint eos alicubi quaſi paratos ſibi eſſe accedunt illuc latenter & multum callide: vt quaſi nullo ſciente valeant eos obtinere: quo dum appropriant, vehementer gaudent & exultant: ſed cum propius acceſſerint, eoſque ſe poſſe iam apprehendere putauerint, honores de manibus eorum ſe excutiunt, & aliqua de cauſa ad alios aliquos ſe transferunt. Quos ſi quando adepti fuerint, gratulantur quaſi aliquem verum honorem fuerint aſſecuti: cum ad veri honoris culmen peruenire non poſſint, ſi non hoc cum ſuorum ſatisfactione commiſſorum reliquerint. *In Similitudin. capit. 71.*

*Plutarchi.* Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitanti miniſtrat vinum, bilioſo mel, cœliacis obſonia: quæ morbum animi, hoc eſt, ſtultitiam augeant. *In Moral.*

*Vt non*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vt non* quæuis corona quemuis decet victorem : Ita non quiuis honos quemcunque hominem. *In Moral.*

*Vt coloſsi* ſeu ſtatuæ male libratæ, ſæpius ſubuertuntur Ita nimius honor per inuidiam euertit multos. *In Moral.*

*Vt deciduæ* ſtellæ ſubito extinguuntur: Ita quos fortuna ſubito in ſumma prouexit repente ſolent corruere. *In Moral.*

*Roterodami* Apud Theſſalos capitale eſt occidere ciconiam, non ob aliud, niſi quod ſerpentes interficiat : parcitur & apud Britannos miluiis, quod vrbem raptis extis pecudum repurgent: Ita quibuſdam honos habendus, non quod ipſi digni ſint : ſed quod illorū opera nobis ſit vſui. *In Simil.*

*Vt ſtellæ* ſubito natæ, ſubito item euaneſcunt : Ita qui repente ſubuehuntur ad ſummos honores, citō præcipitari ſolent. *In ſimilibus.*

*Thriueri.* Honores quid ſimile cum fungis, ſed peius obtinent. Etenim ij tantum ventrem inflant, & aliquando leniter mentis particulam vexant. Honores vero vniuerſum hominem reddunt tumidum: nec intellectus partem, ſed totam vitiant animam. *In apoph.* 45.

*Quemadmodum* ſi quis cephalea laboret, aut capite doleat, coronariis ſertis non afficitur, ſed grauatur magis: atque eo fere amplius, quo odorem ipſa ſpirant maiorem: ita neque honores vitæ commoditati quicquam conducunt: ſed inſigniter officiunt. *In apoph.* 154.

*Quemadmodum* coquinæ nidor nequaquam hominem nutriat, ſed olfactu tantum hominem prouocat: Ita nec honores quenquā habeant, ſed infamem tantum pruritum excitant. *In apoph.* 165.

*Quod ſunt flores* coronarii ſine odore, hoc mihi videntur honores quæſiti ex ſtemmate, ambitione, aut opum multitudine, *In apoph.*

*Præcocibus fructibus* ſemper aliqua tempeſtas & periculum imminet: Ita eos qui præmature ad honores promouentur, fere tum altus vulgi excipit, *In apoph.* 118.

*Multo difficilius* eſt tolerare pruritum, quam dolorem: At maioris virtutis eſt, modeſte gerere honores, quam patienter ferre contemptum. *In apoph.* 122.

*Venter nimio* ſæpe cibo grauatur : Et animus multis honoribus diuitiis inflatur. *In apoph.* 88.

### ¶ ADAGIA.

Bos in quadra argentea. βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ.

*In eos qui perſonam ſuſtinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen ſunt vſui, niſi ad voluptatem aut faſtum.* Der König im Kartenſpiel.

Fato Metelli.

*Dictum facete & contumelioſe in Metellos. Torqueri poterit in eos, qui præter meritum ſuum ad opes ac dignitates prouehuntur.*

Malus Choraules, bonus ſymphoniacus.

*D. Auguſtinus in Epiſtola ad Aurelianum commemorat vulgo illud iactatum, vbi quis in ſuo genere contemptus, in præſtantiore habetur pretio: veluti ſi quis poeta ineptus profiteatur medicinam, & inter præclaros medicos habeatur.*

Strumam dibapho tegere.

*Pro eo, quod eſt infamiam aliqua dignitate obliterare.*

Aſinus in pelle leonis.

*Abibit nobis quidem Philoſophus, cæterum aſinus leonis tectus pelle.*

### ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Honoris parentibus exhibiti exempla: in Sem & Iaphet. *Geneſ.* 9. 23. Iuda, 43. 8. 9. Ioſepho, 46. 29. & 50. 1. 2. Dauide, 1. *Sam.* 22. 3. Salomone, 1. *Reg.* 2. 19. Chriſto, *Luc.* 2. 51. *Ioan.* 8. 49. & 9. 26. 27.

### ¶ HIEROGLYPHICA.

Sciendum, *haſtæ geſtamen* haud quaquam inter vulgares honores habitum, tantæq; apud veteres venerationis fuiſſe, vt loco diadematis, pro inſigni regio haberetur. *Pier. Valer. li.* 42. *pag.* 409. *A.*

*Clypeis*, quibus nomen incidi deſcribiue facta pulcra moris fuit: (vnde qui nihil adhuc ſtrenue in bello geſſiſſent, *alba* vtebantur *parma*, de quo Vergil. *Parmaque inglorius alba*) donabantur ab Imperatoribus honoris ergo Milites, atque etiam Dii, quare ſæpius apud Liuium legas, argentea Clypea templis illata, ac Diis dicata. *Pier. Val. l.* 42. *pag.* 413. *B. C.*

*Vide etiam titulum Gloria.*

---

# Hoſpitalitas.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

HOſpitalitas, Græce, φιλοξενία, ας, ἡ, & ξενοδοχεῖον, ου, τὸ, hoſpitium dicitur & ξενίζω, hoſpitor & ξένος, ου, ὁ, hoſpes. Eſt autem hoſpes, qui extraneus à domo, ſicut aduena in ciuitate. *ſecundum B. Thom. ſuper epiſtolam Pauli ad Epheſ.* 2. *lect.* 6. *col.* 1. *fina.*

Hoſpes proprie dicitur, qui priuatim & amicitiæ cauſſa, vel recipit, vel recipitur. Vnde & pro amico externo capitur, & hoſpitium pro amicitia, hoſpitium etiam diuerſorium ſignificat, Cicero. *Ex hac vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tamen ... Commorandi enim natura diuerſorium, non habitandi ... dit.* Hinc hoſpitalitas vel benignitas in recipiendo ... aduerbium, benigne & faciliter.

### ¶ BIBLICI LOCI.

Hoſpes eſſe in aliqua ciuitate translatiue, qui ignorant ... ri iſthic norint, *Luc.* 24. 18.

Hoſpitalitas commendatur, *Deut.* 10. 19. *Eſa.* 58. ... 36. 37. *Luc.* 14. 13. *Rom.* 12. 13. 1. *Tim.* 3, 2. *Tit.* 1. 8. *Hebr.* 13. 2. ... 1. 27.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Vita nequam hoſpitari de domo in domum. *Eccl.* 29.

Hobitabitur & paſcet & potabit ingratos, & ad hæc ... diet. *Ibid.*

Tranſi hoſpes & orna menſam, & quæ in manu habes ... ros. *Ibid.*

Egenos vagoſque in domum tuam. *Eſa.* 58.

Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me ... alius in nomine ſuo (Dominus talis vel talis) illum ... quidam, pauperes bonos excludunt, magnos autem ... uites recipiunt ſumptuoſe (*Ioan.* 5.

Qui accipit ſi quem miſero (dicit Dominus) me accipit ... tem me accipit, accipit eum qui me miſit. 13.

Neceſſitatibus Sanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes. *Rom.* 12.

Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim quidam ... runt Angelis hoſpitio receptis. *Hebr.* 13.

### ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Diſce Chriſtiane, ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatem ... forte cui domum clauſeris, cui humanitatem negaueris ... us. *Aug, contra hæreſes.*

Obſecutus Loth angelis, tanquam peregrinis, ... ſpitalitatis, liberatus à periculo ciuitatis, & temporale ... dium & æternum conſecutus eſt præmium. *ibid.*

Hoſpitalitatis officio ad Chriſti cognitionem venimus ... *Quæſt. Euange.*

Tanta eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia, vt ne potus ... aquæ frigidæ à præmiis remunerationis immunis ſit. ... Abraham Deum recipit hoſpitio, dum hoſpites quærit ... Loth. angelos recepit: vnde ſcis an tu quum ſuſcipis ... ſcipias Chriſtum, licet in hoſpite Chriſtus ſit, quia Chriſtus ... pere eſt, ſicut ipſe ait Hoſpes ſui, &c. *Ambroſ. de Off.*

Eſt publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus in hoſpitio ... geat: ſuſcipitur officioſe, vt pateat aduenienti ianua. *Ibid.*

Vt humanitati, intuitu hoſpitio recipiat non habentem ... um, & egenum ſine tecto inducat in domum ſuam: ... ret bona Chriſti, quæ ei largita ſunt bonitate Chriſti, ... datorem diligat Chriſtus, ſine murmure tribuat pauperibus ... ſti. *in ſuo paſt.*

Hoſpes per famam eligendus eſt populi, & iudicio ... ne prædicationis dignitas ſuſcipientis infamia deturpetur ... *per Matth.*

Mos eſt apoſtolicæ Sedis, ordinato Epiſcopo præcepta ... vt de omni ſtipendio quod accedit, quatuor debeant ... nes. Vna videlicet epiſcopo ac familiæ eius propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem : altera clero : tertia vero pauperibus ... Eccleſiis reparandis. *Greg. Angelorum epiſc. & habetur ... eſt.*

Qualem mercedem habet, qui propter Deum peregrinatur ... lem habet qui ſuſcipit peregrinantem, & fiunt ambo ... propter Deum refrigerat & qui propter Deum laborat ... *ſup. Matth.*

Præferebat Sanctus Loth domus ſuæ verecundiæ ... gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. *Ambroſ. ... triarch.*

Ille homo dicitur eſſe humanus, qui ſe exhibet eſſe ... & maxime hoſpitio ſuſcipit hominem. *Auguſtin. de ... ſtol.*

Quoniam quicquid habent Clerici pauperum eſt: & ... lorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum ... & hoſpitum inuigilare debent. *idem.*

### ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Virgil. in 1. AEneid.

*Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.*

Hom. in θ. Odyſſeæ.

Ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται
Ἀνδρὶ ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύει πραπίδεσσι

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Loco fratris hoſpes & ſupplicator eſt*
*Viro illi,qui etiam mediocriter ſit prudens.*

Idem in 1. Odyſſeæ.

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
*Iuppiter eſt honorator ſupplicatorumq́; hoſpitumq́;*
*Hoſpitalis quid hoſpites venerabiles ſimul comitatur.*

Idem in ξ Odyſſeæ.

Ζεύς τοι δοίη ξεῖνε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
Ὅττι μάλιστ' ἐθέλεις, ὅτι με πρόφρων ὑπέδεξω.
*Iuppiter tibi det hoſpes,& immortales Dei alii*
*Quodcunque maxime vis , quoniam me promptus hoſpi-*
*tatus es.*
Ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.
Γίγνεται ἡμετέρη
*Hoſpes non mihi fas eſt,neq; ſi vilior te veniat,*
*Hoſpitem inhonorare,à Ioue enim ſunt omnes,*
*Hoſpiteſq; pauperesq́;: donum quidem paruum ſed gratum*
*Eſt noſtrum.*

Idem in ο. Odyſſeæ.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.
*Oportet hoſpitem præſentem honorare, ſed volentem diſce-*
*dere,dimittere.*

Heſiodus.

Μηδὲ πολύξεινον, μὴ δὲ ἄξεινον καλέεσθαι.
*Non habere multos hoſpites neq; ſine hoſpitibus.*

Menander.

Ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.
*Hoſpites pauperes ne ſubterfugias cum videris.*
Ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ.
*Hoſpitibus ſuccurrens,æqualia conſequeris quandoq;.*
Ξένους ἀεὶ φρόντιζε, μὴ καθυστέρει.
*Hoſpitalitatem ſemper cura,ne poſt habeas.*
Ξένοις πιστοῖς πιστὸς ὢν γίγνου φίλος.
*Hoſpitibus fidis fidus exiſtens ſis amicus.*
Ξένους ἀδικήσεις μηδέποτε καιρὸν λαβών.
*Hoſpitum iniuria afficies nunquam.*
Ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.
*Hoſpiti maxime conducit modeſtum eſſe.*
Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.
*Hoſpes exiſtens incurioſus ſis & facies bene.*
Ξένῳ δὲ σιγᾶν κρεῖττον, ἢ κεκραγέναι.
*Hoſpiti autem tacere melius quam clamare.*
Ξένος πεφυκὼς τοὺς ξενοδόχους σέβου.
*Hoſpes natus,hoſpites cole.*
Ξένους ξένιζε, καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ.
*Hoſpites hoſpitare,& tu enim hoſpes eris.*
Πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.
*Peregrinatio vitam facit ſapientiorem.*

Plaut.Mil.

*In bono hoſpite,atq; amico quæſtus eſt,quod ſumitur.*

Ouid.5.Triſt 7.

*Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.*

Ouid.

*Viuitur ex rapto:non hoſpes ab hoſpite tutus.*

## ¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Rectè etiam à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas. Eſt enim(vt mihi quidem videtur) valde decorum patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus.Idq; etiam Reip eſt ornamento,homines externos,hoc liberalitatis genere in vrbe noſtra non egere. Eſt autem etiam vehementer vtile iis , qui honeſte multum poſſe volunt,per hoſpites,apud externos populos valere opibus & gratia. Theophraſtus ſcribit quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.Ita enim inſtituiſſe, & villicis imperaſſe,vt omnia præberentur quicunq; Laciades in villam ſuā diuertiſſent.*Cic.li.2.de off.*

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates* cum hoſpites ſuos ſatis tenui cœna ſuſciperet, & amicus quiſpiam hoc ei improperaret , reſpondit:Si boni viri ſunt,æquanimiter ferent,ſi mali,non curabunt.Si res tua tibi non ſufficit,tu parcendo ſumptui reſ ſufficias tuæ.

*Cleomenes.* Cum amicus quidam hoſpiti in phiditiis nihil appoſuiſſet niſi vinum nigrum, & panem igni duratum,ſuccenſuit homini Cleomenes, dicens: Erga peregrinos non oportere nimium parſimoniæ. Seueritas eſt, ſi quis à ſeipſo exigat victum duriorem,at inhumanitatis eſt, hoſpitem eodem compellere. *Plutarchus in Laconicis.*

*Socrates* rogatus,cuius hoſpitium nos quærere oportet?Illorum, inquit,qui bene ſapiunt.*Stob.ſerm.3.*

*Stratonicus* quum perhumaniter quidam eum excepiſſet , multum recreatus eſt. Videns vero mox alium introire, iterumque alium:faceſſamus hinc, ô puer,inquit ad ſuum comitem. Etenim pro columba palumbum , pro hoſpite pandocheum inuenimus. *Aelian.de varia hiſtor li,14.*

*Anonyma* Impetrauit ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrina mulier nobilis & diues , vt ex viduis quæ Eccleſiæ ſumptu alebantur, daretur ſibi vna aliqua alenda. Data eſt illi quædam miti & ſuaui ingenio,cuius facilitate eſt auctum matronæ ſtudium in pauperes. Popoſcit ſibi alteram dari:forte data eſt illi peruicax & mulier,cum qua cum ex pio hoſpitio properaret:ago tibi gratias (dixit Athanaſio)quod talem dediſti, per quam patientiæ cultus à me exercebitur.*Sabell.li.9 c.1.*

*Lucullus* , quum Græcos quoſdam per dies aliquot magnifice tractaſſet , atq; illi dicerent, ſe mirari quod tantum impendiorum ſua cauſſa faceret: Nonnihil ô hoſpites veſtra cauſſa, inquit,ſed maxima pars Luculli gratia,*Plut.in Rom.apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum piſcator iacto in mare reti,piſcem quidem attrahit , retrahit autem frequenter & aurum & Margaritas:Itidem & hic reti captans homines, piſcatus eſt tandem & angelos , quoq; mireris, etiam inſcius. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: Sectare hoſpitalitatem:per hanc enim quidam inſcientes hoſpitio exceperunt angelos.*Sermon.de Lazaro.*

*Roterodami.* Angues in Syria erga indigenas venenum non habent,nec eos petunt, exteros cum cruciatu exanimant: Ita inſulares in ſuos ſatis humani in alienigenas immaniſſimi ſunt. *In Similitud.*

## ¶ Adagia.

Haud vnquam arcet oſtium. οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα.

*Interpres Ariſtophanis parœmiam admonet eſſe de iis,qui impendio ſunt hoſpitales, quorum fores ſemper patent,neminem excludūt* Er helt offen Hoff. Er ſchlecht keinen auß. Es gehet zu/wie in König Artus hoff.

Semper aliquis in Cydonis domo. ἀεί τις ἐν Κύδωνος. *Suid.*

*Cydon Corinthius quiſpiam erat,adeo inſignis hoſpitalitate vt etiam prouerbio locum fecerit.*

Scindere penulam.

*Pro eo,quod eſt,impenſius retinere hoſpitem aut inuitare prolixius,quod qui faciunt,manu in penulam iniecta,quaſi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, & Germanis quoque etiamnum hodie vſitatum.* Das Röcklein/ oder den Rock zureiſſen.

Fores habet tritas,vt paſtorum caſæ. τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην, ὥσπερ αἱ ποίμνιαι.

*Ironia prouerbialis in homines inhoſpitales , adituq́; difficiles ſibi viuentes ſemper occluſis foribus , quod paſtores procul ab hominum commercio ſemotos, vix vnquam quiſquam interuiſat.*

## ¶ Exempla Biblica.

Hoſpitalitatis *exempla*: Abraham,*Geneſis* 18.3.4.5. *Loth.* 19 2. Laban,24.31. Raguel,*Exodi* 2.20.Rahab.*Ioſua.*1.2.Iacob,2.25. Senex Ephratæus in Gabaa,*Iudic.*19.20. Vidua Sareptana.1 *Regum.*17.10.15. Vidua Sunamitis , 2. *Regum* 4.8.Iob, *Iob* 31. 32. Martha, *Lucæ* 10.38. Zachæus , 19. 6. Simon Coriarius. *Actor.* 10.6. Lydia, 16.15. & 18.3. Philippus Euangeliſta, 21.8.Mnaſon, 16. Publius, 28.7. Caius, *Rom.* 16.23. Gaius, *Ioan.* 3.6. Aquila & Priſcilla: *Actor.*18.3. Hoſpitalitatis fructus. *Matth.*10.40.41.*Hebr.*13.2. Exempla in Abrahamo,*Geneſ.* 18.23.58.10.Vidua paupercula, 1.*Reg.*17.20. Sunamitidis filio, 2. *Reg.* 4.13.16.Inhoſpitalitas,*Iud.*8.5 & 19 18.*Sam.*25.9.14.*Sap.*19,13.

## ¶ Exempla Historica.

*Abydeni* olim cum hoſpitem aut ciuem conuiuio exciperent, poſt vnguentum & coronas pueros oſculandos circumferebant : quorum clamores & nutricum ſtrepitus conuiuas turbabant. *Suidas:* Hinc Prouerb. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα Abydenum Auctarium.

*Camul* prouinciæ Tartarorum ſubiectæ imperio, incolæ ad prodigium vſque hoſpitales, peregrinos quoſcunq; vel inuitos ſuſcipiunt. Domo cedit hoſpiti paterfamilias, vxorem & liberos illi commendat, nec ante hoſpitis diſceſſum redit.*M.Paulus Venet.li.1.ca. 46.orientalium regionum.*

*Loppi Ruſſiægens* mercatores ad ſe ex variis regionibus quæſtus gratia venientes libenter excipiunt , quos in tuguriolis ſuis , cum vxoribus relinquunt: ipſi vero interim venatum abeunt. Reuerſi,ſi vxores hoſpitum concubitu conſuetudineque lætiores hilarioreſque inuenerint,munere aliquo hoſpitem donant: ſin minus,turpiter conuitiis laceſſitum expellunt.*Guagninus in deſcript. Moſcouiæ.*

*Veneti Herculem Ferrarienſem Ducem,* à quo grauiſſimo bello petiti fuerant, pace facta Venetias venientem publico hoſpitio in

iis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iis ædibus, quas dono à Venetis maiores eius acceperant, exceperunt: publicoque ære tota eius familia, ipſeque ad alendum donatus eſt, *Egnat.lib.4.c.2.*

Cum *Mardonius à Xerxe* Perſarum rege in Græcia relictus, cum exercitu Thebis ageret, Attaginus Phrynonis filius Thebanus, conuiuio magnifice apparato, Mardonium ipſum & Perſarum honoratiſſimos quinquaginta inuitauit, cum quinquaginta Thebanis, & in ſingulis lectis alternos, Perſam & Thebanum, diſcumbere fecit. *Herodot.li 9.*

*Licham* ſcimus Laconem nulla re celebrem alia in Græcia euaſiſſe, quam quod ludis in Gymnicis eſſet ſolitus cœna excipere peregrinos. *Plut.in Cimone.*

Apud *Lucanos* lege cautum erat vt ſi quis ſole occidente diuertentes hoſpites, notos ignotoſue domo arceret, *κακοξενίας* teneretur, multumque eo nomine pendere cogeretur. *Alexand. ab Alexand.li.4.ca.10.ex AEliano li.4.Var.hiſtor.& Heraclit.Pont.*

*Carolus, Gothorum & Sueonum antiquus Rex.* inter maximas leges conſtituit: vt Gothi ac Sueci inter ſe, & maxime in omnes aduenas & peregrinos hoſpitalitatem obſeruarent, ſummumq; nefas ducerent, quicunq; viatorem recto arceret: quod ſi quis facere tentaſſet, & idoneis teſtibus ter negaſſe hoſpitium conuictus fuiſſet, immiſſo igne ædes eius comburi iuſſit: vt domibus propriis iuſte priuaretur, qui earum vſum inhumaniter denegaſſet. Hinc ergo deductum puto, quod vix alibi in tota Europa promptior liberaliorque hoſpitalitas, quam apud Sueones & Gothos hodie inueniatur. *Ioan. Magnus.li.4.c.2.*

---

# Hoſtis. Hoſtes.

## ¶ Biblici Loci.

Hoſtis: *πολέμιος* Gr. *Tſar* Hebr. 1. Anguſtator, oppreſſor: à verbo *Tſarar*, Anguſtauit, afflixit, tribulauit, conſtrinxit, cõpreſſit. Hoſtes hominis, domeſtici eius, *Matth.* 10.36. Hoſtes Præconum verbi Dei punientur, *Ier.*20.11. Hoſtes veritatis nihil proficiunt, *Iohan.*12.19. Hoſtibus ſuis vindictam retribuit Deus, *Deut.*33 43. Hoſtibus tradit Deus inobedientes. 28.25.

## ¶ Philosophicae Sententiae.

Qui calumniatorem tuetur, bonorum hoſtis eſt natura & genere niſi quis ſycophantæ & improbi ſemen & radicem velut agricola putat oportere relinquendam eſſe in vrbe. *Ex oratio.1. contra Ariſtogit.*

Qui ea quibus ego capiar agit & parat, hic mihi hoſtis eſt, etſi nondum feriat neq; iaculetur. *Ex orat.3.contra Philip.*

Armis hoſtes vincendi ſunt, & in his eſt ſalus Reip. *Ex or.de ordi. ciuit.*

Fieri non poteſt, vt externos hoſtes vincatis, niſi animaduerteritis in domeſticos hoſtes & inteſtinos, illius miniſtros: verum neceſſe eſt incurrentes in hos vt ſcopulos ſerius occurrere illis, *Ex orat. de rebus Cher.*

Hoſtes non diuitiis, ſed virtute vincuntur, quæ virtutes debilitari potius, quam augeri diuitiis ſolent: non aureo, argenteoue mucrone opus eſt, ſed ferreo. *Beſ. Card. in calum. Plat l.4.c.14.*

Hoſtes ſi ex mente & ore expellemus, naturam imitabimur, quæ contrariũ ſuum à ſe expellit: Sic Plato de inimicis nec obloquebatur, nec etiam cogitabat. *Fic.Plat.lib.6.*

Hoſtem nullum qui interfeciſſet, apud Macedones capiſtro cingebatur, & apud Scythas non licebat paternam viam latam accipere. *Ariſt.Polit.7.c.2.*

### Hostes.

Bona malaque hoſtium ex propinquo ingreſſus fines aſpicias. *Liuius Decad.3.li.8.*

Nihil in hoſtibus, præſertim barbaris, tam cauendum, quam dolos, perfidiam, & deceptionem. Itaque nihil eſt quo facilius aut melius ſe tueri ac defendere ab iis duces & milites poſſint, quam diffidentia & incredulitas. *Polyanus, Stratag.lib.7.*

Qui vnum hoſtem ſponte ſuſcipit, multos inuitus habet. Amici ſinguli in periculis, hoſtes gregatim occurrunt. *P. AEmyl. libro primo.*

Non eſt difficile contundere ferociam hoſtis, qui abiecta iuſti prælii ſpe latebras captat & furtis inſidiarum nititur. *Idem, libro ſecundo.*

Nec temere contemnere hoſtes, nec eos demiſſe nimis ac perdite timere oportet, *P.Iouius, hiſtor.li.3.*

Quæ pleriſque ardua videntur, opinione omnium faciliora euadunt: conatuſque hoſtium maiore aliquanto cum voluptate quam periculo militum noſtrorum penitus eluduntur. *P. Iouius hiſtor.li.3.*

Hoſtes qui noſtræ tantum externæ inordinationi confiſi contra nos veniunt, vbi ſe ſpe fruſtratos eſſe ſenſerint, facile pugnam detrectent. Multitudo vero qua ſe illi timeri putant, ... ſpicienda, *Procop.de bel.Perſi.li.1.*

Nemo hoſtes contemnendos idcirco ducat, qui ... ſint inferiores, vel quia cum deuictis ſit decertan... eundum, qui fracti iam animo ſint. Multi namque ... decepti, ſeipſos ſæpius fefellerunt, & dum importune ... ciunt, partas iam vires diſſoluere potuerunt. Nam ... res male geſtæ viros ſolent ad egregium aliquod facinus ... dum hortari, nimirum cum fortuna ipſa vel deſperatos ... ad optima quæque & maxima aduentum compellit. *Pro... Goth.l.3.*

Æſtus, frigus, cibi, potus, ſomnus & labores commu... eſſe cum ſeruis debent: ſed ita tamen hæc cum ipſis com... mus, vt enitamur in his primum potiores ipſis conſp... vero ſcientiæ atque exercitationis nihil omnino commu... his debemus, quos & operarios noſtros & vectigales eſſ... mus: ſed hiſce exercitus nos ſuperiores ipſis eſſe debe... adeo ſcire Deum hominibus hæc libertatis beatitati... ta demonſtraſſe. Et quemadmodum ipſis ademimus ar... ipſos nunquam ab armis deſtitui oportet: adeoq; ... mnia quæcunque velint maxime propria eſſe, qui ... ab armis abſint. *Xenoph.de inſt.Cyri lib.7.*

Iniquo atque infelici loco hoſtem adoriri, nihil ali... feras exagitare, atque ipſa vltimo ſalutis diſcrimine ... tare: vltima ſiquidem neceſſitas in rabiem vertit, atque ... que, qui penitus de vita deſperent, ex timidis longe ... cit. *P.Iouius.l.2.hiſt.*

Tunc aliquis maxime nocet hoſtibus, quando e... maxime, intelligit eos metuere infert. Credibile eſt m... bet ſua pericula & maxime intelligere & metuere. *Thu...*

Hoſtes non modo decipi iuſte poſſe Ageſilaus d... gloriam ei rei, & cum voluptate lucrum comitari. *Plut. in A... geſilao.*

Magis metuunt homines illos hoſtes, qui priores ... dere, aut certe qui oſtendunt, ſi laceſſiti fuerint, ſe ... pugnandum paratiſſimos, quia illi ſe par periculum ... dent. *Thucyd.li.6.*

Quum Cyrus de Aſſiriis fuſis fugatis perſequendis ... lium, Cyaxares in hunc modum reſpondit, inter homi... mi Cyre, eos Perſas maxime hoc meditari, vt nulli ... ti addicti ſitis, equidem & videndo & audiendo cogno... ro multo magis conducere videtur, vt maxime quis ... ſuccumbat. Quid vero voluptatem hominibus maiorem ... uerit, quam fortuna proſpera, quæ hoc tempore nobis ... ergo, quum res nobis ſecundæ ſint, temperanter ha... mus, fortaſſe poſſimus ad ſenectutem vſq; nullis ob... feliciter agere, Sin eius nulla nos capiet ſatietas, ... perſequi conabimur: videre ne idem nobis accidat, ... multis in mari dicitur, vt elati fortuna proſpera ... facere nollent, donec interirent. Multos itidem ... adeptos, dum alteram expeterent, priorem quoque ami... hoſtes fugientes nobis pauciores forent, fortaſſe tu... ciores perſequi. Nunc vero conſideres velim, cum ... parte nos omnes prælio congreſſi vicerimus. Cæteri ... fuerunt, quos ſi ad pugnandum non cogemus, & noſt... rum ignari, propter imperitiam & animi mollitiem, ... animaduertent, nihilo ſe minus in periculo fore ſi ab... ſubſiſtãt: vide ne cogamus eos, vt præter animi ſente... ſe gerant. Nam ſcire debes, non tam illorum vxores ... piundi te cupidum eſſe, quam ipſi ſeruandi ſint cupidi ... ſylueſtres cogitato, poſteaquam viſæ ſunt, cum natu ... multæ ſint numero. Sin quis natos venetur, non iam ... vna quidem ſit, fugit: ſed eum qui capere conatur, ... quidem intra munitionem occluſi, poteſtatem nobis ... pugnandi cum tanto ipſorum numero, quanto nobis ... At ſi lata in planitie cum ipſis congrediemur ſeparatim ... partim nobis à fronte obſiſtere, partim ab latere vno, ... tero, partim denique à tergo: vide ne cuique noſtrum ... culis & manibus ſit opus. Præterea nolim noſtros milites ... hilaritati ſe dediſſe video, abductos ad periculoſum ... *Xen.de inſtit.Cyr.4.*

Barbaros haud nimium metuite, cogitantes (... *das*) quod prius cum Macedonibus qui pars eorum ... ſtis: & ſicut ego coniecturam facio atq; aliorum de ... audiui, non vſque adeo formidabiles fore confido, ... ipſa infirma ſunt apud hoſtes, & tamen opinione ... boris, atque formidanda eſſe videntur: cum accedit ... ploratio, & experientia, animi eorum, quibus cum ... dum eſt magis confirmantur. Quibus vero ineſt ... his fortaſſe hoſtes ignari audacius congrediuntur. ... ctatione futuri impetus terrent imperitos: ſunt enim ... reſpectu, terribiles, & clamoris magnitudine intolerab... iam inanis armorum vibratio atque inter ſe ... ſpeciem quandam comminationis: ſed ad communis ... cum reſiſtentibus non pari animo præditi ſunt. Neque ... dines ſeruat, nec verentur locum ſuum in acie cũ ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[ob]tinere: & fuga atque congreſſio cum hoſte eandem virtutis opi[nio]nem atque gloriam ſortitur: ita fit vt non ſpectetur vera virtus, [ſed] inexplorata maneat. Pugna vero, penes quam ſunt omnia, præ[ſtantiam] præbere poteſt occaſionem honeſtæ defendendæ ſalutis cui[que]. Atiſtinani ſtrepitu ſine periculo ſuo hoſtem terrere tutius ex[iſti]mant, quam conferre manum: niſi enim ita putarent, potius o[mi]ſſis terroribus iſtis manu rem gererent. Manifeſte quicquid eſt [...]pſis periculi, vel terroris, id ante pugnam effunditur, quod ſi ad [...] conferas, non magni momenti eſt, viſu vero atque auditu ho[ſtem] terret atque perturbat. Hanc primam coitionem & impetum [...] incurſu ſi ſuſtinebitis, & ſeruatis ordinibus (cum erit occaſio) [...] vos ſubducitis, facile in locum tutum poteritis vos recipe[re] [...]& poſtea intelligetis quod talis hominum turba primum eorum [...]peni excipientibus, tantummodo procul expectationem virium [...] virtutis ſuæ minacibus terroribus oſtentare ſolet: Si quis vero [...] redit, ac fugit, tunc ex tuto celeritate pedum in inſequendo vires [oſt]endunt. *Tucyd. lib. 4.*

Nil tutò in hoſte deſpicitur: quem ſpreueris valentiorem negli[ge]ntia facies. *Curt. lib. 6.*

Non graui nec vno incurſu conſectandus hoſtis vagus. *Tacit. [...] lib. 4.*

Non ille hoſtis vincitur ſolus qui cadit in acie, pondere armo[rum] oppreſſus & virium: ſed multo tutius, etiam turba tacente, [...]go mittitur voluntarius qui ſentit expertus, nec fortitudi[nem] in rebelles, nec leuitatem in ſupplices animos deeſſe. *Amm. Marcel. lib. 14.*

Qui quæ hoſtibus placent promptius exequitur, iure pro hoſte [ha]bendus eſt: ſiue præſens is ſit, ſiue vna militiam faciat, ſiue ſuæ [...] fuerit quam proximus. *Agat. hiſt. l. 4.*

Publicus hoſtis ſalubria tutaque conſilia aduerſariis aliquando [...]it. *P. Iouius. hiſt. l. 4.*

Sæpe contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti [po]puli regeſq; perleui momento victi ſunt. *Liu. Decad. 3. l. 1.*

Turcarum princeps audito Theodori Laſcaris ad bellum appa[ratu], anceps animi huius expeditionis famam nunc pro ſomnio [ha]bebat, nunc audaciæ ſimul & impetus celeritatem leuitati ac cle[mentiæ] tribuebat. Tamen res non negligenda viſa eſt: quod exigu[um] malum neglectum ingens periculum interdum peperiſſet: & [parvæ] copiæ celeritate & feſtinatione ſæpe magnos exercitus ob [deſi]diam, officiique neglectum, ſuperaſſet. *Niceph. Gregoras. hiſt. [...] primo.*

¶ Apophthegmata.

[Dio]genes, ad ſalutem hominibus opus eſſe dicebat, aut fidis a[mic]is, aut acribus inimicis: eo quod illi monent, hi redarguunt. [...] lib. 5. *Plut.*

[Ant]iſthenes philoſophus Athenienſis, frequenter dicere ſolebat, [hoſtes] in bello ſemper obſeruandos eſſe, quod hi primum omni[um ſen]tiant, ſi quid delinquas. In hoc igitur vtiliores ſunt nobis [...] amici, vt errata noſtra cognoſcamus & cognita corrigamus. [...] lib. 6. c. 1.

[Ari]ſton cuidam laudibus euehenti dictum Cleomenis, qui inter[roga]tus quid oporteret bonum regem facere? reſpondit, amicis [benef]acere, inimicis vero male. At quanto præſtantius, ait, amicis [benef]acere, & ex inimicis reddere amicos? *Plut.*

[De]mademus, poſtquam aduerſam factionem ſuperaſſet, qui[bu]ſdam cenſentibus, omnes diuerſæ factionis vrbe pellendos, ne[quaquam] expedire, dicens, ſe vereri, ne omnibus inimicis ad vnum e[iectis], inter amicos exiſterent diſſidia. Sentiens, ſic eſſe multorum [ingeni]um, vt ſi deſint inimici, in quos naturæ malitiam exerceant, [in amicos] imperant. *Eraſ. 6. apoph.*

[Xeno]phon dicebat eſſe prudentis cordatique viri, etiam ab ini[micis] vtilitatem capere. Vulgatum eſt, neque ſolem, neque a[quam], neque ignem magis vtilem eſſe hominibus, quam amicos. [...] ingenii philoſophici eſt, quemadmodum periti medici ex be[ſtiis] ac ſerpentibus noxiis vtilia quædam remedia colligunt, ita ex [inimic]orum odio decerpere aliquid, quod vertat in ſuum bonum. [...] apoph.

[Cha]brias optimos Imperatores eſſe dicebat, qui res hoſtium no[ſſent] [...] haberent. *Stob. ſerm. 52.*

[Antig]onus interrogatus, quomodo oporteret hoſtes aggredi? [...] aut dolo aut vi, aut aperte, aut per inſidias, *Stobæus ſer[m.] 52.*

[Xeno]phon, Neque vel amicis (inquit) beneficium maius præ[ſtare poſſis, quam ſi] in bello, quam ſi inimicus ipſis eſſe videaris: vel magis hoſti[bus nullo] pacto nocueris, quam ſi amicitiam ipſorum ſimules. *Stob. [ſerm.] 52.*

Herennius Pontius. Samnitibus conſultantibus quid de legioni[bus] Romanis apud furcas Caudinas incluſis fieri deberet: Heren[nius] Pontius ſuaſit: vt inuiolatæ dimitterentur. Poſtero die eadem [de re] conſultus, reſpondit, ad vnum vſque delendas. Sentiens, aut [...] magno beneficio demerendos hoſtes, aut irreparabili [cla]de illorum vires comminuendas. Neutrum ſequutus eſt exer[citus] ſed ſub iugum miſſos, contumelia magis illos in ſe prouoca[vit]. *Eraſ. l. 6 apoph.*

*Ageſilaus Rex*, cum edixiſſet vt captiui nudi venderentur. Laphyropolæ, quorum munus erat res prædatitias diuendere, quod erant iuſſi faciebant, ac veſtium quidem, quoniam iuxta barbaricum morem erant ſplendidæ, multiq; pretii, complures extiterunt emptores: cæterum ipſa corpora candida, prorſuſq; tenera ac delicata, nec quicquam virile præ ſe ferentia (quippe in vmbra, otio ac voluptatibus educata) adeo concupiuit emere; vt deriderent etiam hoc mercium genus, velut inutilium, nec vllius omnino pretii. Id animaduertens Ageſilaus qui auctioni præſidebat, & hunc caſum torſit ad animandos ad fortitudinem milites: Hæc, inquit, ſunt pro quibus pugnatis (ornamenta captiuorum oſtendens) hi quibus cum pugnatis: nuda captiuorum corpora demonſtrans. Duplici nimirum argumento addidit ſuis animos, ampliſſima ſpe præmiorum, & hoſtium imbellium extremo contemptu. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus* Spartanus interrogatus, num tutum eſſet ad Spartam iter? Refert, inquit, qualis eo deſcendas. Nam leones illuc euntes plorant, lepores autem in vmbraculis venamur, ſignificauit, ferocibus ac violentis eſſe tutum proficiſci Spartam, nec mollibus & effœminatis: quod hoſtili animo illuc proficiſcentes male acciperentur à fortibus, delicatos homines illic non ſinerent laſciuire in tenebris. *Plut. in Lacon.*

*Antigonus* quum in paruulo quodam caſtello Græci obſiderentur, ac fiducia loci contemnentes hoſtes, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc ſtaturam humilem, nunc colliſum naſum deriderent: Gaudeo, inquit, & aliquid boni ſpero quando in caſtris meis Silenum habeo. Cum hos dicaces fame domuiſſet, quod captis facere mos eſt, videlicet vt qui bello ſunt vtiles in cohortes deſcribantur, cæteri præconio ſubiiciantur: negauit ſe vel id facturum fuiſſe, niſi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. *Plutarch. & Seneca.*

*Cicero* poſt Pharſalicum conflictum, cum fugiſſet Pompeius, Nonius quidam dicebat ſeptem adhuc aquilas团 ſupereſſe, proinde bono animo eſſent hortabatur: Recte, inquit Cicero, hortareris, ſi nobis cum graculis bellum eſſet. At ille aquilas dixit, vela Romana aquilis inſignita. *Plutarch. in Roman. apophthegmat.*

*Romani* cum in pugna Tigranem, hoſtium peditum centum millia trucidaſſent, paucis equitum fuga ſeruatis & ex ipſis non amplius centum eſſent vulnerati, interfecti quinque: dicebat, ſe erubeſcere, quod in tam vilia mancipia ſtrinxiſſent ferrum. *Plut. in Rom. apoph.*

*Socrates* cum Crœſum interrogaſſet, quid eſſet maximum & pretioſiſſimum ex regno conſecutus? illeq; reſpondiſſet, Vt hoſtes vlciſceretur, amicos beneficio afficeret: Multo, inquit, melius feciſſes, & illos tibi amicos aſciuiſſes. *Max. ſerm. 6.*

*Ageſilaus* ſolebat admonete milites ſuos, ne captiuos vt facinoroſos cruciarent, ſed vt homines ſeruarent. Infantibus etiam in bello captis prouidit, vt in vnum locum comportarentur, ne mutatis caſtris relicti perirent. Eandem curam impendit ſenibus captiuis, ne quoniam ſequi non poſſent, à canibus lupiſue diſcerperentur. Hæc autem humanitas illi non ſolum aliorum, verum etiam captiuorum miram beneuolentiam conciliauit. Et nunc homines ſibi videntur, qui trucidatis infantibus ac ſenibus, eam ætatem abducunt, quæ vel libidini apta eſt, vel labori, vel vtrique. Quo progreſſa eſt immanis illa feritas. *Plutar. in Lac. apophthegm.*

*Ariſton*, cum ex quodam audiuiſſet, amicis benefaciendum, inimicis autem malefaciendum eſſe: imo, inquit, præſtantius eſt amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos. *Plutarchus.*

*Xerxes* cum Græcorum exploratores in exercitu ſuo deprehendiſſet, nullo malo affecit, ſed circumduxit, vt omnem viderent exercitum, & illæſos dimiſit. Noluit vir bellicoſiſſimus crudeliter graſſari in hoſtes pernicioſiſſimos, quos non tam manu, quam beneuolentia & clementia vincere cupiebat. *Plutar. in Reg. & imper. apoph.*

*Paulus Æmilius*, Perſeo ſeſe ad victoris pedes abiicienti: voceſque degeneres emittenti: Cur, inquit, fortunam crimine liberas, ſic te gerens, vt ſuperiore etiam fortuna videaris indignus? Cur meam dedecoras victoriam, ac rerum à me geſtarum gloriam obſcuras, tam abiectum te demonſtrans, vt indignus appareas, quem populus Romanorum haberet hoſtem? *Plutarch. in eius vita.*

*Fabius Maximus* dicebat abſurdum videri, ſi cum equos & canes venaticos familiaritate ciboque cicuremus, potius quam catenis ac verberibus, homines feroces animo non humanitate ac beneficiis bonis conciliemus, ſed aſperiores in illos ſimus quam agricolæ ſunt in caprificos ac malos ſylueſtres & oleaſtros, qui has non protinus excidunt, ſed inciſione docent miteſcere. *Plutarch. in Rom. apoph.*

*Fabricio* iam conſuli miſit epiſtolam Pyrrhi medicus, qua promittebat ſe regem veneno necaturum ſi iuberet. At eam epiſtolam, authore non prodito, ad Pyrrhum remiſit: iubens illum ſibi cauere qui peſſimus eſſet iudex cum amicorum tum ho-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtium. Sentiens., eum habere pro hoſtibus eos quos amplecti debebat, ſi ſatis nouiſſet: & hos pro amicis ducere, qui peius illi vellent quam hoſtes. *Plut. in Rom, apoph.*

*Sigiſmundus Imper.* Laurentius Hungariæ Palatinus, cum diceret imprudenter agere Sigiſmundum Imperatorem qui victis hoſtibus non ſolum vitam & opes relinqueret, ſed etiam eos inter amicos reciperet, extolleretq;. Tibi, inquid Sigiſmundus, videtur vtile inimicum occidere, dum parco: & amicum facio dum extollo. Oſtēdit autem, pulchrius eſſe benefaciendo, quam potentia inimicos vincere. *Æn. Syl. lib. 3. commentarior de reb geſt. Alphonſi.*

*Alphonſus* Aragonum rex cum expugnatis vrbibus, humaniter hoſtes omnes dimittendos mandaſſet, reprehenſus à ſuis ducibus qui omnes interficiendos putabant, reſpondit. Nihil aduerſariorum animos flectere atq; conciliare, quam placabilitatis & manſuetudinis nomen. *Panorm. lib. 3. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Idem* cum Caietam vrbem obſideret, coacti ſunt oppidani ob famem, qua grauiter vexabantur, ad bellum inutiles è ciuitate expellere, in quos cum incidiſſet rex, adhortatus, vt ferro trucidaret omnes. Nequaquam, inquit, bellum contra puellas, fœminas, ſenes, ac innocentem ſuſcepimus: ſed contra viros armatos, de victoria manu nobiſcum concertantes. Et ſic pepercit imbelli ætati, ab hoſtibus ciuitate pulſæ ob famem Alphonſum ſane, & Ageſilaum, qui ſimilem pietatem hoſti præſtitit, noſtra tempora deſiderarent. Si quidem nunc de magno gloriantur animi fortitudine, qui trucidatis infantibus, ac ſenibus, eam ætatem abducunt, quæ vel libidini apta eſt, vel labori, vel vtrique. *Alphonſi dictum recitat Panorm. lib. 1. de reb geſt. Alphonſi.*

*Ageſilaus*, cum aduerſus Thiſſaphernem hominm fœdifragum belligeraret, eiuſque vrbes quam plurimas variis inſidiis ac dolis cepiſſet, amicis dixit: Fœdera quidem violare, præter cauſſam impium eſt: cæterum hoſtibus imponere, non modo iuſtum eſt, ac laude dignum, verum etiam & iucundum & lucroſum. Nec enim turpe putauit, dolis in illum vti qui violato fœdere, periurio fefelliſſet & Deos & homines. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus*. Apud Spartanos cum in luctandi genere, quod chirapſiam appellant, is qui collum alterius vrgebat, fruſtra præterq; legem palæſtræ pulſaret vndique & in terram detraheret poſteaquam corporis viribus deſtitueretur, qui inhærenti cedere cogebatur, brachium vrgentis momordit, cumque alter diceret, Mordes ô Lacon, fœminarum more? Non, inquit, ſed more leonum. Vt ſolerter obiectam ignauiam detorſit in laudem fortitudinis. Nullum enim probrum apud illos deteſtabilius, qui præter ius certaminis vrgebatur à victo. *Plut. in Lacon.*

*Agis*. Cuidam conſulenti Agidem regem, vt hoſtibus fugientibus daret tranſitum: Et quomodo, inquit, pugnabimus cum his, qui ob fortitudinem manent, ſi non pugnamus cum fugientibus? Exiſtimabat vir animoſus, aduerſus hoſtes nullam prætereundam occaſionem. *Plut. in apoph.*

*Vide Bellum.*

---

# Humanitas.

## ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

HVMANITAS, Græce φιλανθρωπία, ας, ἡ, & φιλάνθρωπος, ου, ὁ, humanus dicitur. Hebr. *Hanauah*, ab *Hanau*, id eſt manſuetus, lenis, modeſtus, mitis. Sumitur autem humanitas tripliciter, ſcilicet pro natura hominis, & pro virtute, quæ conſiſtit in exteriori ſubuentione condeſcendendo defectibus aliorum, *ſecund B. Thom. ſup. epiſt. Paul. ad Tit. 3. col. 3. fin.* Humanitas præterea ſignificat eruditionem atque inſtitutionem in bonas artes, quas qui ſinceriter cupiunt & aſſequuntur, hi ſunt maxime humani, quare & artes ipſæ liberales humanitatis ſtudia appellata ſunt. Nam huius ſcientiæ diſciplina, ex vniuerſis animalibus ſoli homini data eſt. Ab homo veniunt humanus & humanitas.

Humanum proprie dicitur quod hominis eſt, & ad hominem ſpectat. Et quia homo inter omnia animalia morti obnoxia maxime mitis eſt, idcirco humanus pro facili, & ſpectabili ponitur: vnde humanitas dicitur, quam Græci φιλανθρωπίαν vocant, quaſi amorem in homines.

Humanitas Græcis φιλανθρωπία, eſt, qua animi humana id natura poſtulante, erga omnes iuuandos, aliqua in re commoueatur, præſertim, ſi quos videant calamitoſos: Contra autem inhumanitas, ſeu inſolentia.

Humanitas eſt affectio amicitiæ hominum conciliatrix, habitus hominis beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. *Speuſip. de Plat. de fin.*

Humanitas non ſolum eſt qualitas, ſed tantum qualitate perficitur. *Boet. in prædicam.*

Humanum genus ſolum extitit, quod rebus [illegible]
ponere. *idem ibid.*

Humanitas ex ſingulorum hominum collecta [illegible]
quodammodo redigitur intelligentiam, atque [illegible]
*Porph.*

## ¶ LOCI BIBLICI.

Humanitas commendatur, *Deut. 25. 3. Prou. 12.* [illegible]
*Iacob. 2. 13.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam [illegible]
minibus dando. *pro Ligario.*

Nihil eſt tam regium, tam liberale, tamque munificum [illegible]
opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem [illegible]
riculis homines, *1. de Orat.*

Nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium [illegible]
tem naturæ adiungere. *Ad Q. Frat. Epiſt. 1.*

Rectę præcipere videntur qui monent, quanto ſuperiores [illegible]
tanto nos ſummiſſius geramus. *1. Offic.*

Qui plus propter virtutem, nobilitatemque poſſunt [illegible]
quantum poſſint, debent oſtendere. *pro Quint.*

In bonis fortunæ ſumma laus eſt, non extuliſſe ſe [illegible]
non fuiſſe inſolentem in pecunia: non ſe prætuliſſe [illegible]
abundantiam fortunæ, vt opes & copiæ, non ſuperbiæ [illegible]
ac libidini, ſed bonitati, ac moderationi facultatem [illegible]
dediſſe. *2. de Orat.*

Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro viro [illegible]
cabilitate & clementia, quæ ita probanda eſt, vt adhibeatur [illegible]
cauſſa ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt [illegible]

In rebus proſperis, & ad voluptatem noſtram [illegible]
biam magnopere, faſtidium, arrogantiamq; fugiamus [illegible]
aduerſas, ſic ſecundas res immoderate ferre, leuitatis [illegible]
que eſt æqualitas in omni vita, & idem ſemper vultus [illegible]
frons *1. Offic.*

Omnibus eſt odio crudelitas, & amori pietas & clementia [illegible]
*Caſsio Famil. lib. 5.*

Eſt hominum naturæ maxime inimica crudelitas [illegible]

Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere [illegible]
iacentes: aut præcipitantes impellere, certe eſt [illegible]
*Rabir. Poſthum.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus*, Hydricus cum quendam conieciſſet in [illegible]
ſilaus humaniter veniam pro captiuo deprecatus eſt [illegible]
dum ſcribens: Si nihil peccauit, oro vt hominem dimitte [illegible]
cauit, mihi dimitte: ſed omnino dimitte. Innocentem [illegible]
lus eſt: culpam interdum condonare in gratiam [illegible]
toris, humanitas eſt. *Plut. in apoph. Lacon.*

*Xerxes & Arimanes.* Inter Xerxem Darii filium & [illegible]
fratrem, de regno erat contentio. Itaque quum [illegible]
xiſſet, fratrem ex Bactrianorum regione deſcendentem [illegible]
nera, & iis quibus ea mandarat perferenda, iuſſit [illegible]
li dicerent. His in præſentia te honorat frater tuus [illegible]
ſi rex fuerit declaratus, eris apud ipſum omnium primus [illegible]
manitate delinitus Arimanes contentionem remiſit [illegible]
gnum adepto protinus adorationis honorem exhibuit [illegible]
dema impoſuit. Xerxes autem illi proximum ab ſe [illegible]
*Eraſ lib. 5. apoph.*

*Philippus* filium Alexandrum admonere ſolebat, [illegible]
cedonibus comiter haberet conſuetudinem, [illegible]
beneuolentia vires ac robur ſibi parans, dum licet [illegible]
te eſſe humanum, prudenter colligens, vt nulla re [illegible]
ſtabilitur imperium, quam ciuium beneuolentia, [illegible]
mum eſſe iam regnum adminiſtranti, erga quoslibet [illegible]
num, non ſolum quod regia poteſtas oppoſita [illegible]
etiam quod Reipublica non poſſit eſſe incolumis, [illegible]
ſuppliciis coerceantur, Regibus enim hactenus [illegible]
humanitas erga ciues, vt interim regiam tueantur [illegible]
tem. Nam immodica bonitas ſæpe contemptum parit. [illegible]
*apoph.*

*Turbo*, quum adhuc nihil aliud eſſet quam centurio [illegible]
præfectos à Cæſare vocaretur in conſilium: Turpe eſt [illegible]
Cæſar, excluſis præfectis cum centurione agere. *Eraſm.* [illegible]
*apoph.*

*Anonymus.* Quidam videns Fauonium, quum [illegible]
famuli, Pompeio per omnia inſeruientem, vſque ad [illegible]
nem, pronuntiauit Græcum verſiculum.

Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν;

Id eſt.

*Claris viris Vt eſt decorum, quidlibet.*

*Eraſm. lib. 6. apoph. ex Plut.*

*Plotina*, Traiani Imperatoris vxor, cum poſt Traianum [illegible]

primum in Capitolium iret, multique eſſent imperii feli- omnibus modis precarentur: adhuc in gradibus, conuer- multitudinem: Talis, inquit, huc ingredior qualem me exire . Quo dicto innuere voluit, ſe non minus in imperio, quam extra imperium eſſet omnibus optime velle. Vnde ſic ſe in ſe gessit, vt omnino iuſta reprehenſione caruerit. *Xiphili- in vita Traiani.*

*Diogenes.* Platone laudante quendam hoc nomine, quod erga humaniſſimus eſſet. Quid, inquit Diogenes, illi tribuen- eſt, qui nullum vnquam affecit dolore? Quo dicto doce- voluit nimiam humanitatem obeſſe Reipublicæ. *Laert. libro*

*Agesiſtrata*, quum Agidem filium exanimem iacentem vide- exoſculata facie dixit, Nimia tua, ô fili, bonitas, nimia man- do & humanitas, te ſimul & nos perdidit. Moliebatur e- Agis facinus ſane præclarum, ſed inuidioſam, nimirum vt generantes Lacedæmoniorum mores ad priſcam illam ſeue- rem reuocaret. Interim dum ſtudet offendere neminem, & ficari omnibus, ſemetipſum in exitium coniecit, *Plutar. in apoph.*

¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum neſcio quo pacto fit, vt quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſolatium, ob inflictam contumeliæ plagam: Sic quem blande que humaniter appellaueris, quique idem donum aliquod vna ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere, ac læta- tum vero donum ipſum donantis vultus geſtuſque condupli- *Lib. 3. de Sacerdotio.*

*Quemadmodum* ſi infles in ſcintillam ignis, excitas incendium, vero ſi inſpuas extinguis illam: Sic in rebus humanis, a- verbis odium extinguere atque iram poteris, amaris autem excitabis totum incendium. *Hom. 3. Periculoſum eſſe adire ſeculum.*

*Nazianzeni.* Omnis qui nauigat naufragio eſt proximus, & plus, quanto nauigat audacius, ac omnis qui corpore eſt cir- datus, proximus eſt corporis malis, quanto elatius pertran- & ante ſe iacentem non reſpicit. Quamdiu vento nauigas ſe- , manum naufrago præbe. Quamdiu recte vales & diues afflicto ſuccurre: ne expecta donec ex te ipſo diſcas, quantum malum ſit inhumanitas, & quantum bonum viſcera aperire indi- . *In orat. de paupertate.*

*Plutarchi.* Vt aqua tepida inflammationes: Sic oratio huma- plena, iram reſtinguit. *In Moral. Meminit etiam Antonius* 2. *ſerm.* 53. *Meliſſæ, & Maximus ſerm.* 19.

*Equos* domant, primum blandiuntur, ac molliſſime tra- , vt aſſueſcant freno: Sic populus lenitate ſubeundus. *In Mo-*

*Quemadmodum* equi & canes venatici familiaritate ciboque tur potius quam catenis & verberibus: Ita homines fe- animo humanitate ac beneficiis potius quam aſperitate, & litate nobis concilientur. *Eſt dictum Fabii Maximi, in Roma- apoph.*

*Lactantii.* Cum natura hominis imbecillior ſit, quam cæte- animalium, quæ ad perferendam vim temporum, vel ad iones à ſuis corporibus arcendas naturalibus munimentis dentia naturalis armauit. Homini autem, quia nihil iſto- um eſt, accepit pro iſtis omnibus miſerationis affectum: vocatur humanitas, qua noſmet inuicem tueremur, *Lib. de Sapient. falſa.*

ad conſpectum alterius hominis efferaretur, quod fa- videmus animantes, quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet ſocietas, nulla vrbium condendarum vel cura vel ratio: vita quidem ſatis tuta, cum cæteris animalibus expoſita bellitas hominum, & ipſi inter ſemetipſos beluarum mo- rent. *Lib. 3. c. 20. de Sap. falſa.*

*Senecæ.* Quemadmodum reus ſententiis paribus abſoluitur, & quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius: Sic a- ſapientis, vbi paria maleficiis merita ſunt, deſinit quidem ſed non deſinet velle debere: & hoc facit quod qui poſt ta- accepto quidem præſtauerant vſuram, vel hi remittunt, vel ſoluunt. *Lib. Epiſtolar. epiſtola* 8.

*Roterodami.* Vt impendio malignus ſit, qui fontem patentem , aut ſolem obradiantem prohibeat, aut lumen recuſet de lumine accendere, aut viam monſtrare grauetur: Ita vehemen- inhumanus, qui prodeſſe nolit citra nullum ſui incommo- . *In Simil.*

*Theuneri.* Vt carbo oleo non extinguitur, ſed accenditur potius: humanitas ac benignitas iram frangit, inuidia autem nulli cedit. *apoph.* 227.

¶ Exempla Biblica.

Humanitatis *Exempla*: Hethæi, *Geneſ.* 23. *verſicul.* 4. 6. Re- , 24. *verſicul.* 19. Obſtetrices, *Exod.* 1. *verſic.* 17. Booz, *Ruth.* 1. *verſicul.* 8. Dauid, 1. *Sam.* 30. *verſic.* 11. 12. Sobi, Machir, & Berzellai, 2. *Samuel.* 17. *verſicul.* 29. Abdias, 1. *Reg.* 18. *verſicul.* 4. Ioſabeth, 2. *Paralip.* 22. *verſicul.* 11. Principes Ephraim, 28. *verſicul.* 15. Abdemelech, *Ieremiæ* 38. *verſiculo nono.* Eunuchus Reginæ Candaces, *Actor.* 8. *verſicul.* 31. Cuſtos carceris, 16. *verſicul.* 33. 34. Felix, 24. *v.* 23. Iulius, 27. *verſicul.* 3. Melitenſes Barbari, 28. *verſicul.* 2. Rahab *Heb.* 11. *verſic.* 1.

§ Profana Exempla.

*Homines agreſtes* & ſaxis, ſtipitibus, atque feris potius, quam hominibus ſimiles, poetarum fabulis occaſionem dederunt: vt Deucalion ex ſaxis homines formaſſe: Orpheus cantu ſyluas, ſaxa feraſque traxiſſe dicatur: Amphion Cithara Thebanos muros ſtruxiſſe fingatur: quoniam homines ad mitiorem viuendi cultum ſua ſapientia pertraxerunt. *Theat Zuing. fol.* 3873.

*Alcibiades* cum antea fuiſſet ferox & inſolens, ex Socratis familiaritate, cuius ſingularem integritatem ſuſcipiebat, cœpit eſſe manſuetus ac modeſtus. *Eraſ. in Adagiis.*

*Plutarchus* in Numa auctor eſt, Æmyliorum familiam Romæ ὑπὸ τῆς αἱμυλίας, hoc eſt, ab humana vrbanitate, quam ex conſuetudine Pythagoræ hauſerant, ab ipſo rege pacis amatore fuiſſe nuncupatam. *Idem.*

Mithridatis Regis Ponti factum humanum & generoſum, quo vſus eſt cum Thoridoracem Galatam, qui in ipſum conſpirauerat, occidi iuſſiſſet. Nam verentibus omnibus eum ſepelire, adoleſcentula inſignis, quæ eum deperibat, vt ſepeliret corpus exornauit. Cum autem ab ea Mithridates intellexiſſet, amore captam illud egiſſe, non modo eius quem amauerat corpus illi ad ſepulturam conceſſit, verum vt funus quoque exornaret, pecuniam impendit. *Bapt. Fulg. lib.* 5.

¶ Fabula.

Trabs & Boues.

Qui trabem boues trahebant, vnde lignum fieret, increpabantur ab illa, quod anhelantes in pigritia lento gradu incederent. Cui vnus de bobus: Nos tamen, inquit, hoc mox onere liberati acquieſcemus, cum tibi paulo poſt imponendum vſque ad cariem ſit ſuſtinendum.

Subiicit fabula præceptum humanitatis, vt vereamur inſultare miſeris, cum fieri poſſit, vt nos multo maior calamitas maneat.

*Vide Clementia.*

---

# Humilitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

HVMILITAS, Græce ταπεινότης, ητος, ἡ, & ταπεινός, ȣ, ὁ, humilis dicitur.

Hebr. *Scheppel*, à verbo *Scheppel*, humilis fuit, humiliatus eſt, quod cognationem habet cum verbo *Palaſch*, volutatus eſt in luto, vt deiectis & veluti humo adfixis accidit, nempe humilibus. Chriſtus, *Matth.* 11. vocat ſe ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ, humilem corde, id eſt, modeſte de ſe ſuoque officio ſentientem, & 1. *Petr.* 5. Deus dicitur dare gratiam humilibus, τοῖς ταπεινοῖς, id eſt, modeſte ac in timore domini de ſe iudicantibus. Quibus locis humilitas idem eſt quod ταπεινοφροσύνη, quæ τὰ ταπεινὰ φρονεῖ, humilia ſapit. Huic opponitur ὑψηλοφρονεῖν altum ſapere, efferri animo, ſuperbe agere. ταπεινὰ Græc. ſunt protrita, humi ſtrata, pedibus calcata; à verbo τάπεσθαι. Hinc ταπεινὸς, idem quod χαμαιπετής, humi repens: Gall. *qui ſe tapit, qui marche en tapinois.* Alii deducunt à verbo θάπτω, ſepelio: quod homo deiectus & humilis videatur iamiam ſepeliendus.

Eſt autem humilitas *ſecundum Bernhardum de gradibus humilitatis.* Virtus qua veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi quilibet vileſcit. Humilitas, *vt ibidem*, eſt contemptus propriæ excellentiæ.

Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis, & ſui conditoris voluntaria mentis inclinatio, ſuo imo ordinabili ad ſuum conditorem, *ſecundum Auguſtinum.*

Humilitas eſt, ſi minora hæc eſſe videris, quam quæ æſtimationem, aut æmulationem alienam mereantur, ea diſſimulare, celare, occultare.

Humilitas eſt mons magnus, in cuius ſummitate lux ex non modica & honeſtarum perſonarum, id eſt, ſanctarum virtutum pulcherrima turba: ſed qui ad hunc peruenire deſiderat, neceſſe eſt vt per gradus quoſdam aſcendat, ſi hunc mon-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tem agnoſcere & inhabitare affectat. *Anſelmus de ſimilitudinib.* 99.

Humilitas, ταπεινοφροσύνη, eſt virtus, qua in timore Domini, agnoſcentes propriam infirmitatem, non ſuperbimus, ſed ſincero corde nos Deo, & in officiis noſtræ vocationis fideliter obeundis, & præſtanda in pœnis & ærumnis obedientia, & debendo aliis honore debito ſubiicimur.

¶ DIVISIO.

*Humilitatis gradus, quibus opponuntur duodecim gradus ſuperbiæ ſecundum Beatum Bernhardum.*

HVMILITATIS gradus ſecundum

- *B. Benedictũ in regula, ſunt duodecim: quorum alia, quæ pertinent.*
  - *Ad exteriora ſigna, quorum aliqua conſiſtunt in*
    - *Geſtibus exterioribus.*
      - *1. Corde & corpore ſemper humilitatem oſtendere defixis in terram aſpectibus.*
      - *2. Vt non ſit facilis aut prõptus in riſum.*
    - *Verbis.*
      - *3. Vt pauca verba etiam rationabilia loquatur, non clamoſa voce.*
      - *4. Traciturnitas vſque ad interrogationem.*
    - *Factis.*
      - *5. Tenere ſcilicet in ſuis operibus quod habet communis monaſterii regula.*
  - *Ad æſtimationem hominis ſuum defectum cognoſcentis & ſecundum hoc habentur tres gradus.*
    - *6. Credere & pronunciare ſe omnibus viliorem.*
    - *7. Ad omnia indignum & inutilem ſe confiteri & credere.*
    - *8. Confeſſio peccatorum ſuorum.*
  - *Ad appetitum qui refrenari debet ne immoderate tendat ad alta, ſcilicet in propriam excellentiam, & ſecundum hoc eſt triplex gradus.*
    - *9. Vt pro obedientia in duris & aſperis patientiam amplectatur.*
    - *10. Vt cum obedientia ſubdat ſe maiori.*
    - *11. Vt voluntatem propriã non delectetur implere.*
  - *Ad radicem quæ eſt reuerentia Deo debita.*
    - *12. Vt Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcepit.*
  - (Gradus 1–12:) *Quibus opponũtur.*
- *Beatum Anſelmum libro de Similitudinibus ſunt ſeptem, quorum aliqui pertinent ad propriæ abiectionis*
  - *Opinionem.*
    - *Hominem ſe contemptibilem* […]
    - *Hoc non dolere.*
  - *Manifeſtationem.*
    - *Hoc confiteri.*
    - *Hoc perſuadere.*
    - *Patienter ſuſtinere hæc* […]
  - *Voluntatem.*
    - *Pati contemptibiliter.*
    - *Hoc idem amare.*
- *Gloſſam ſuper Matth. cap. 3. Sic enim docet omnium iuſtitiam.*
  - *Sufficiens, ſcilicet ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe* […]
  - *Abundans, ſcilicet ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe* […]
  - *Perfecta, ſcilicet ſubdere ſe maiori, in quo eſt omnis* […]

¶ LOCI BIBLICI.

Humilitas Deo gratia eſt, *Geneſ.* 18.27. & 29.31. & 41.40. *Iudic.* 6.15. 1. *Samuel.* 1.1. & c & 2.1.8. & 7.9.10. 2. *Samuel.* 6.16.21. 2. *Paral.* 12. 8 & 32.26. & 33.12. & 34.26. *Iudic.* 4.7.11. & 9.16. *Pſalm.* 33.19. *Prouerb.* 11.2. & 16.19. & 18.12. & 22.22. & 25.7. & 29.32. *Eccleſ.* 3.19. & 7.19. *Eſaiæ* 3.7.1. & 57.15. & 66.2. *Ieremiæ* 1.6. *Ionæ* 3.5. *Matth.* 3.11. & 5.3. & 8.8. & 11.29. & 15.25. & 18.4. & 20.26. & 21.5. & 23.7.11. *Marc.* 9.24. & 10.43. *Lucæ* 1.48. & 9.47. & 14.9.11. & 15.19. & 18.13. & 22.26. *Ioan.* 13.4. *Act.* 10.26. *Roman.* 11.20. & 12.16. 1. *Cor.* 4.6. & 15.8. *Epheſ.* 4.2. *Philip.* 2.3. *Coloſ.* 3.12. *Heb.* 11.24. *Iacobi.* 1.9. & 4.10. 1. *Pet.* 5.5. *Apoc.* 4.10. & 19.10. Humilitas commendatur. 2. *Sam.* 22.28. *Prou.* 11.2.16.19. & 25.7. *Eſai.* 66.2. *Soph.* 2.3. *Matth.* 11.25.29. & 18.3.4. & 19.14. & 20.26. & 23.8.11. *Marci.* 9.35. & 10.14.8. & 18.17. *Lucæ* 9.48. *Rom.* 12.16. 1. *Corinth.* 14.20. *Epheſ.* 4.2. *Philip.* 4.5. *Coloſſ.* 3.12. 1. *Tim.* 6.11. *Iac.* 1.9.10. & 4.6.7.10. 1. *Pet.* 3.8. & 5.5.5.6.

Humilitas ancillæ, Hebræorum more, pro, Ancilla humilis *Lucæ* 1.48. ſeu abiecta ancillæ conditio.

SENTENTIAE BIBLICAE.

Reſpicit Dominus in orationem humilium, & non [...] ces eorum. *Pſalm.* 101.

Domine non eſt exaltatum cor meum, neque [...] mei: neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus [...] 3.10.

In humilitate noſtra memor fuit noſtri. 135.

Melius eſt humiliari cum mitibus, quam diuidere [...] ſuperbis. *Prou.* 16.

Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu [...] ria. 29.

Nardus mea dedit odorem ſuum. *Cant.* 1.

Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta [...] ignis & vermis. *Eccleſ.* 7.

... eſt qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate : & eſt iu... inclinat faciem ſuam, & fingit ſe videre, quod ignoratum ...

... nobis iterum cum miſericordia reddet, & vitam ſic, ... vosmetipſos deſpicitis propter leges eius. *Machabæorum* ...

... pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matth.5.*

Qui ſe humiliauerit, exaltabitur. *Matth.23.*

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. 11.

Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere, talium eſt ... regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut par... iſte, hic maior vocabitur in regno cœlorum. 18. & 19.

Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. *Luc.* 1.

In facie quidem humilis ſum inter vos. 2. *Cor.* 10.

Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, ſed per hu... itatem, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. *Philip.* 2.

Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter : & ... voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus. Sicut filius ho... non venit miniſtrari, ſed miniſtrare : & dare animam ſuam ... emptionem pro multis. *Matth.* 20.

Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim. ... ergo laui pedes veſtros, Dominus & Magiſter : & vos debetis alter ... lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmo... ego feci vobis, ita & vos faciatis. *Ioan.* 13.

Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu : qui cum in ... Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ... ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudi... hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ... ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem ... Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen ... eſt ſuper omne nomen : vt in nomine Ieſu omne genu fle... cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua ... fiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris, *Philip.* 2.

*Homines magnificat apud Deum.*

Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. ...

Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate. ...

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & hu... reſpicit in cœlo & in terra ? Suſcitans de terra inopem, & ... erigens pauperem : vt collocet eum cum principibus. ...

Cuſtodiens paruulos Dominus : & humiliatus ſum & liberauit ...

... gloriam præcedit humilitas. *Prou.* 15.

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis : & antequam ... ficetur, humiliatur.

Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.

In humilitate tua patientiam habe : quoniam igne probatur au... & argentum, homines vero receptibiles & in camino humi... *Eccl.* 2.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo in... gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humi... honoratur. 3.

Oratio humiliantis in ſe nubes penetrabit & donec propin... non conſolabitur, & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat. ...

Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. *Iacobi* ...

Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore ... *1. Pet.* 5.

Hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum ... in excelſo & in ſancto habitans, & cum contrito & ... ſpiritu : vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor con... *Eſa.* 7.

Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu ... trementem ſermones meos. 66.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

... admonendi ſcholaſtici, vt humilitate induti Chriſtiana, ... non contemnere, quos cognouerint morum vitia ma... quam verborum devitare, ſed cordi caſto linguam exerci... non conferre audeant : quam etiam præferre conſueue... *Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus, & habetur* ... *Sedulo.*

Senex enim à iuuene & epiſcopus tot annorum à collega nec ... paratus ſum doceri, quomodo poſſint vel Deo, ... hominibus iuſtam reddere rationem. *Auguſtinus ad Auxen... epiſcopum, & habetur 24. quæſtione tertia, Si habes de hac.* §. ... *à iuuene.*

Cum humilitatis cauſſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod euitaras. *Auguſtinus de verbis Apoſtoli, &, habetur 22. quæſtione ſecunda, Cum humilitaris.*

Quomodo eſt humilitas, vbi regnat falſitas? *idem.*

Diſce à me non mundum fabricare, non cuncta viſibilia & inuiſibilia creare, non ipſo mundo miracula facere, & mortuos ſuſcitare, ſed quoniam mitis ſum, & humilis corde. Cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. *Auguſtin. de verbis Domini.*

Omnes delectat celſitudo, ſed humilitas gradus eſt. Quid tendis pedem vltra te? Cadere vis, non aſcendere, à gradu incipe & aſcendiſti. *Idem.*

O medicinam omnibus conſulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabeſcentia reficientem, omnia ſuperflua reſecantem, omnia deprauata corrigentem. Quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filii Dei non ſanatur? Quæ auaritia ſanari poteſt, ſi paupertate filii Dei non ſanatur? Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi ſapientia filii non ſanatur? *Idem.*

Excelſa eſt patria, humilis eſt via. Ergo qui quærit patriam, quid recuſat viam? *Auguſt. ad Dioſcorum.*

O ſancta venerabiliſque humilitas, tu Dei filium deſcendere feciſti in vterum ſanctæ Mariæ virginis : Tu eum feciſti inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutum ornamentis. Tu eum circumcidiſti in carne, vt nos circumcideret in mente. Tu eum corporaliter flagellaſti, vt nos à flagello peccati liberaret. Tu eum coronaſti ſpinis, vt nos coronaret ſuis æternis roſis. Tu eum infirmare feciſti, qui medicus cunctorum erat, ſolo verbo ſanans omnia; & vniuerſa, vt infirmos ſanaret. *Auguſtinus in ſermone de ſuperbia.*

Cum omnis creatura, aut par, aut inferior ſit nobis : inferiore vtendum eſt propter Deum, pari autem fruendum eſt, in Deo. *Auguſtin. de Trinitate l.* 10.

Magis cogitare debetis quid vobis deſit, quam quid vobis adſit. Quod habes, caue ne perdas. Quod nondum habes ſupplica vt habeas. In quantis ſis minor, eſt conſiderandum, non in quantis ſis maior. Si enim cogitas quantum præceſſiſti alterum, time tumorem. Si vero cogitas quantum tibi deeſt, ingemiſcis. Curaris, humilis ſi eris, tutior, ambulabis, non præcipitaberis. *Auguſtinus ſuper Matth. ſerm.* 59.

Supra te Deus, infra te pecora. Agnoſce eum qui ſupra te eſt, vt agnoſcant te quæ infra te ſunt. Ideoque dum Daniel agnouiſſet ſupra ſe Deum, agnouerunt eum ſupra ſe leones. *Auguſtinus ſuper epiſt. Ioan. c.* 8.

Laudabilior eſt animus, cui nota eſt infirmitas propria, quam qui ea non reſpecta, mœnia mundi, vias ſyderum, fundamenta terrarum, & faſtigia cœlorum ſcrutaretur. *Auguſtinus in proœmio 9. lib. de Trinit.*

Cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. *Auguſt. de Verbis Domini.*

Humilitatem ſequere, non quæ oſtenditur, aut ſimulatur geſtu corporis, aut fracta voce verborum, ſed quæ puro cordis affectu exprimatur. Aliud eſt enim virtutem habere, aliud virtutis ſimilitudinem. *Hieronymus ad Celantiam.*

Hæc in omnibus ſola perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. *Hieron. epiſtola ad Cteſiphontem.*

Vilis tunica contemptum ſeculi probat, ita duntaxat, vt animus non tumeat, nec habitus ſermoque diſſentiant. *Hieron. epiſtola ad Ruſticum.*

Immundus eſt autem apud Deum omnis, qui exaltat cor ſuum, & qui paululum fugerant à peccatis, ad ſuum reuertuntur errorem. *Idem.*

Multi humilitatis vmbram, veritatem pauci ſectantur. *Hieronymus epiſt.* 27

Auferantur omnia figmenta verborum, ceſſent ſimulati geſtus, virum humilem patientia oſtendit. *Idem.*

Plus eſt animum depoſuiſſe quam cultum, difficilius arrogantia, quam auro caremus, aut gemmis. *Hieronymus, Epiſtola nonageſima.*

Qui paupertate contentus eſt, non eſt contentus iniuria. Et qui poteſt ferre verberum pœnas, exagitatur verbo contumeliæ. Et qui poteſt adminiſtrationes contemnere, dolet ſibi aliquem honorificentiæ eſſe prælatum. Grande eſt in hominibus, tenere humilitatis menſuram. *Ambroſius ſuper Lucam libro ſeptimo.*

Bona humilitas nihil appetendo, totum quod contemnit adipiſcitur. *Idem.*

Nihil excelſius humilitate, quæ quaſi ſemper ſuperior neſcit extolli, quia nemo id affectat, quod infra ſe iudicat. *Idem.*

Tanto quiſque debere eſſe humilior atq; ad ſeruiendum promptior ex munere, quanto ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione. *Gregorius homilia 9. ſuper Euang. Matth. 22. Dedit quinque talenta.*

Tunc noſmetipſos abnegamus, cum mutamus quod per vetuſtatem fuimus, & ad hoc nitimur, quo per nouitatem vocamur.

Niſi à ſemetipſo quis deficiat, ad eum qui ſupra ſe eſt, non appropinquat. *Gregorius ſuper Euang. homil. 3. ſuper illud Matth. 16. Qui vult venire poſt me.*

Semetipſum abnegat, qui mutatus in meliora, incipit eſſe quod non erat, & deſinet eſſe quod erat. *Gregorius ſuper Ezechielem. homilia,* 10.

Admonendi ſunt ſubditi, ne plusquam expedit ſint ſubiecti, ne cum ſtudent plus, quam neceſſe eſt, hominibus ſubiici, compellantur vita eorum venerari. *Gregorius & hab. ſecund. quæſtione 7. Admonendi.*

Intuendum vero eſt, quia hoſtis noſter tot nos iaculis percutit, puot tentationibus affligit. Quotidie namq; in acie ſtamus, quotidie tela tentationum eius excipimus. Sed nos contra illum iacula mittimus, & confoſſum tribulationibus, humiliare ſpondemus. *Gregor. lib. 1. Moral.*

Quia origo virtutum in nobis eſt humilitas, illa veraciter pullulat, quæ in radice propria, id eſt, in charitate perdurat, à qua nimirum ſi abſcinditur, areſcit: quia viuificantes ſe in intimis, humorem charitatis perdit. *Gregor. 27. Moral.*

Qui humilitatem, quæ eſt mater virtutum, neſciunt, vſum ſui perdunt laboris. Et ſi quæ bona ſunt, quæ operari videantur, quia ſurgentis fabricæ robuſta celſitudo non figitur, quæ nequaquam per fundamenti fortitudinem in petra ſolidatur. Soli igitur ruinæ creſcit quod ædificant, quia ante molem fabricæ humilitatis fundamenta non procurant. *Idem.*

Tanto quis ſit vilior Deo, quanto pretioſior ſibi. Tanto pretioſior Deo, quanto propter eum vilior eſt ſibi. *Gregorius* 18. *Moralium.*

Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti viri anima in compunctione vehementer afficitur. Cum aut malorum ſuorum reminiſcitur, conſiderans vbi fuit, aut iudiciorum Dei ſententiam metuens, & ſecum quærens conſiderat, vbi erit: aut cum mala vitæ præſentis attendens, ſolerter mœrens, conſiderat vbi eſt, aut cum bona ſupernæ patriæ contemplatur, quæ quia necdum adipiſcitur, lugens conſpicit vbi non eſt. *Idem libro 25. Moralium.*

Quanto quis minus ſe videt, tanto minus ſibi diſplicet. Et quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius reprehenſibilem eſſe cognoſcit. *Idem lib. 25. moralium.*

Cum per tentationem humilitas proficit, proſpera eſt aduerſitas, quæ mentem ab elatione cuſtodit. *Idem libro vigeſimoſexto Moralium.*

Cordis ſui oculum per elationis tenebras extinguit, quia cum recta agit, conſiderarare meliorum merita negligit. At contra magno humilitatis radio ſua opera illuſtrat, qui aliorum bona ſubtiliter penſat, quia dum ea quæ ipſe feliciter facta foris ab aliis conſpicit, eum qui de ſingularitate intus erumpere nititur, ſuperbiæ tumorem premit. *Idem. 31. Moral.*

Hoc ſolum ſolet eſſe ſpecificum electorum, quod ſe ſemper ſentiunt infra quam ſunt. Qui enim nondum ſe deſpicit humilem, Dei ſapientiam non apprehendit. *Idem libro trigeſimo quarto Moral.*

Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat. *Idem in explicat. 3. Pſalm. pænitent.*

Sic ſeruanda eſt virtus humilitatis, vt non ſoluantur iura regiminis: Ne dum prælatus plus ſe, quam decet, deiicit, ſubditorum vitam reſtringere ſub diſciplinæ vinculo non poſſit. Et ſic ſeruanda eſt diſciplinæ ſeueritas, ne, dum plus quam neceſſe eſt, zelus accenditur: manſuetudo funditus amittatur. *Idem in Regiſtro.*

Velle eſſe ſuper omnes, vituperabile eſt, ſuſtinere autem alterum ſuper ſe, nimis glorioſum. *Ioannes Chryſoſtom. ſup. Matthæum hom. 3.*

Quiſquis gradus propriæ celſitudinis amat, humilitatis cultum in minoribus diligentiſſime teneat. Nam qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis faſtigio tumoris pondere cadit. *Ioannes Chryſoſtomus in Policratico. lib. 3.*

Eſt primum hominis ſapientiam affectantis contemplari quid ipſe ſit: quid intra ſe, quid extra, quid ſupra, quid infra, quid contra,, quid ante, quid poſtea ſit. Hæc conſideratio quadripartitum parit fructum, vtilitatem ſui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem Dei. *Idem in tractatu de Symbolo.*

Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud Deum pretioſior, quanto fueris in oculis tuis deſpectior. *Iſidorus in Synonymis.*

Semper conſcientia ſerui Dei humilis debet eſſe & triſtis, vt per humilitatem non ſuperbiat, & per vtilem mœrorem cor ad laſciuiam non diſſoluat. *Iſidorus de ſummo bono lib. 3.*

Humilitas meretur, vt homo virtutes occupet, quia humilibus Deus dat gratiam. Seruat accepta quia non requieſcit Spiritus ſanctus, niſi ſuper quietum & humilem. Seruata conſeruat: nam virtus in humilitate & infirmitate perficitur. Inimicum omnis gratiæ, omniſq; peccati initium ſuperbiam debellat. *Bernardus in epiſtola ad Socrum.*

Recta facere, & inutilem ſe reputare, apud paucos inuenitur. *Idem in epiſt. ad Eugenium.*

Virtutum ſtabile fundamentum eſt humilitas, … titur virtutum congregatio non niſi ruina eſt. *Idem …one lib. 5.*

Nec humilitas præter veritatem laudabilis eſt. *Idem … tica.*

Scio neminem abſque ſui cognitione ſaluari … rum mater ſalutis humilitas oritur, & timor Domini … pſe ſicut initium ſapientiæ, ita & ſalutis eſt. *Idem ſuper … ſermone 37.*

Si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem … git: nonne is tibi videtur geminum animæ poſſidere … Rara auis in terris aut ſanctitatem non perdit, aut … ſanctimonia non excludit. *Idem ſuper Cantica ſermone … ſimo quinto.*

Nos vero fratres quantum poſſumus elaboremus, … perbia tumidum elatumq; reddiderat, humilitate … complanetur. *Leo Papa in ferm. Ioan. Baptiſta.*

Fruſtra appellamur Chriſtiani, ſi imitatores non … ſti, qui ideo viam ſe eſſe dixit, vt conuerſatio magiſtri … diſcipuli. Et illam humilitatem eligat ſeruus quam … Dominus eius, qui fuit Chriſtus. *Leo in ferm. natiu. Domini …*

Melior es, ſi teipſum cognoſcas: quam ſi te neglecto … derum, vires herbarum, complexiones hominum, … malium, cœleſtium omnium & terreſtrium ſcientiam … Multi enim multa ſciunt & ſeipſos neſciunt, cum ſumma … phia ſit cognitio ſui. *Hug. lib. 1. de anima.*

In ſpirituali ædificio fundamenti locus in imo, … tate quæritur. In latitudine, in charitate diſponitur … vero bonorum operum paries erigitur, & diuinæ … ctum deſuper ponitur. In longitudine autem patientia … *Idem de clauſtro animæ lib. 3.*

Diſcite e me, quia mitis ſum & humilis corde, & … quiem animabus veſtris. Ecce mel humilitatis cum … ſuetudinis. Sicut enim mel concordat in confectionibus … cum omnibus diuerſitatibus ſpecierum, ſic humilitate … condiuntur omnia genera virtutum. *Idem.*

Magnus aſcenſus ad DEVM eſt cognitio infirmitatis … *odorus ſuper illud Pſalm. Miſerere mei Domine, … mus ſum.*

Eurubeſcant elati vbi credunt locum habere … cœlum & terram ab humilitate videant occupatam. … *illud, Humilia reſpicit.*

Per humilitatem membra Chriſti ſciunt diaboli … biam. Per hanc fideles ſupra regna proficiunt. Per … ſuperbia ſuperatur. Per hanc in æternum … nec poteſt dici perfectus, qui hac virtute eſt priuatus … *ſup. illud Pſalm. Humil. ſum. Vſquequaq;.*

Tria ſunt quæ radicata nutriunt humilitatem, … ſubiectionis, conſideratio propriæ fragilitatis, & … melioris. *Baſilius in Hexaem.*

Humilitas cum honeſta fama habet & ſecuritatem …

Optimam dignitatis viam oſtendit Dominus, … tem. *Idem.*

Armatura tutiſſima, animi modeſtia. *Euagrius.*

Beatus, cuius vita excelſa, ſpiritus humilis. *Nilus.*

Humilitas ταπεινοφροσύνη dicitur, quod … eſt ταπείνωσις, i. abiectio. *Ioan. Sariſbur. in polyc. lib. 4.*

¶ POETICAE SENTENTIAE

Ex Maphæo Vegio lib. 13. Æneidos.

*Heu mortem inuiſam, quæ ſola Vltricibus …*
*Elatos frenas animos communia toti*
*Genti ſceptra tenens æternaq; fœdera ſeruas.*
*Quæ magnos paruoſq; teris, quæ fortibus …*
*Imbelles populiq; duces, ſenumq; iuuentæ, & …*

Tyeſte Senecæ.

*Quos cogit metus*
*Laudare, eoſdem reddit inimicos metus:*
*At qui fauoris gloriam veri petit,*
*Animo magis quam voce laudari volet.*
*Laus vera & humili ſæpe contingit viro.*

Ouidius Triſt. lib. 5. elegia 4.

*Vſibus edocto ſi quicquam credis amico,*
*Viue tibi & longe nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita,*
*Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.*
*Effugit hybernas demiſſa antenna procellas,*
*Lataq; plus paruis vela timoris habent.*
*Aſpicis vt ſumma cortex leuis innatat vnda,*
*Cum graue nexa ſimul retia mergat onus?*

Ibidem.

*Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit, …*

*Vt cadit, vt tracta ſurgere poſſit humo.*
Ibidem.
*Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas?*
*Icarus immenſas nomine ſignat aquas?*
*Nempe quod hic alte, demiſſius ille volabat.*
*Nam pennas ambo non habuere ſuas.*
*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*
Ibidem.
*Tuquoque formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitiq; precor contrahe vela tui.*
Propertius lib. 3. elegia 3.
*Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.*
*Tutus eris, medio maxima turba mari eſt.*
Hor. 2. Carm. 34.
*Valet ima ſummis*
*Mutare & inſignem attenuat Deus,*
*Obſcura promens.*
Idem 3. Carm. 4.
*Vim temperatam Dii quoq; prouehunt*
*In maius: idem odere vires*
*Omne nefas animo mouentes.*
*Teſtis mearum centimanus Gigas*
*Sententiarum notus, & integræ*
*Tentator Orion Dianæ,*
*Virginea domitus ſagitta.*
*Iniecta monſtris terra dolet ſuis.*
*Meretq; partus fulmine luridum,*
*Miſſos ad Claud. Orcum.*
*Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito.*
Ouidus Triſtium 1. lib. Elegia 1.
*Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis*
*Icarus, Icariis nomine fecit aquis,*
Seneca tragœdia 6.
*Quo fortuna altius*
*Euexit ac leuauit humanas opes,*
*Hoc ſe ſupprimere magis felicem decet.*
Dehi humilitatis. Iacob. Bill. Antholog.
Sacra.
*O Deus! ô quantis vita eſt humana periclis*
*Subdita! quis tali vitet ab hoſte necem?*
*Quoquo oculos vertam ipſe meos, diſcrimina mille,*
*Tenſa animæ cerno retia mille meæ.*
*Siue cibos capiam, ſeu dem mea membra ſopori,*
*Seu quid agam, laqueos ſubdolus hoſtis habes.*
*O Deus! ô quiſquam fugiet tot retia? Vano*
*Mens ea quæ factu libera ſemper erit.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi:* Sicut cacumen arborum in excelſo poſitarum, et-[…] leuis aura flauerit, mouetur: Sic & ſublimes homines in cul-[…] dignitatis exiſtentes, etiam leuis nuntii fama conturbas. Hu-[…]tem ſicut in conualle plerumq; in tranquillitate conſiſtũt. […] *Matth.*

[…] aliis certaminibus laureas referunt, qui victores redeunt: At [di]ſputationibus diuinis ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitu-[…] victos ingenue fatentur.

*Thalaſſii:* Sicut concupiſcentiæ & iræ peccata multiplicant: Ita […]entia & humilitas eadem exinaniunt. *Ad Paulinum presby-[te]rum.*

*Marci eremitæ:* Quemadmodum à pœnitentiam agente alienũ […] animo ſuperbire: Sic ſua ſponte peccantem, humilem eſſe [im]poſſibile eſt. *De lege ſpirituali.*

*Quemadmodum* aquæ & ignis contraria eſt ſocietas: Sic quo-[que con]traria ſunt inter ſe cauſæ dictio & humilitas. *De lege Spiri-[tu]ali.*

*Cypriani:* Acrius diuitibus quam pauperibus inuidetur: & non […] ſed locupletes inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus du-[ces] & principes, quam milites ab hoſtibus appetuntur in pugna: & […] propulſantur ventis & turbinibus culmina quæcunque [ed]itiora: Ita magis magiſque quo plus cæteris vnuſquiſque po-[…] eſſe ſibi metuendum ne in aliquo minoretur. *De ſingula-[ri]tate clericorum.*

*Hieronymi:* Hæc ſicut inter multas gemmas pretioſiſſimas micat: […] ſolis, paruos igniculos ſtellarum obruit & obſcurat: Ita […]rum virtutes & potentias, ſua humilitate ſuperat: minima-[…] inter omnes, vt omnium maior eſſet. Et quanto ſe plus de-[…]: tanto magis à Chriſto ſubleuabatur. Latebat & non late-[bat]. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur: quæ virtutem quaſi [vm]bra ſequitur, & appetitores ſui deſerens, appetit contemptores. *[In] epiſtola ad Euſtachium.*

*Chromatii Epiſcopi:* Sicut impoſſibile eſt, extra ordinem ſecun-[…] gradui, niſi aſcenderis primum: Sic homo mitis eſſe non […] niſi prius pauper ſpiritu fuerit factus. *De octo beatitudini-[b]us. fol. 413.*

*Laurentii Iuſtiniani patriarchæ:* Quemadmodum ignorantia præſumptionem, ac præſumptio inducit caſum: Ita ſcientia humilitatem, ac humilitas augmentum parit gratiæ additamentum luminis, perſeuerantiam boni: ſpei delectabile gaudium, deſiderium proficiendi, guſtum ſapientiæ, fidei conſtantiam, amorem patiendi, exultationem ſpiritus, mentis rectitudinem, iuſtitiæ zelum, ſitimq; virtutum. *De inſtitutione & regimine prælatorum cap. 9.*

*Quemadmodum* multis terrenis curis, ac carnis voluptatibus intendentes, per internam vocationem, mediante flagello, de mortis faucibus Dominus reducit ad vitam: ita quam plurimos, qui cor non habent elatum, veritatis ſuæ ſplendore irradians, ex gehennæ filiis, regni ſui gratia cooperante, facit eſſe hæredes. *De ſpirituali animæ reſurrectione.*

*Bernardi Iuſtiniani:* Humilitas torrenti ſimilis eſt, quemadmodum enim is æſtate tenuior, quaſi ſerpit, hyeme vero atque vere inundat: Sic etiam humilitas in proſperis quidem exigua eſt, in aduerſis vero magnanima eſt. *In vita Laurentii Iuſtiniani.*

*Guilhelmi Paral.* Sicut ſpecies aromaticæ cum in puluerem rediguntur, vehementer redolent: Ita hominis bona cum per humilitatem quaſi comminuta fuerint, Deo ſunt gratiora. *In ſumma vitiorum, lib. 1.*

*Roterodami:* Sol cum eſt altiſſime prouectus in zodiaco, tum tardiſſimi motus eſt: Ita quo fortuna te ſubuexerit altius, hoc oportet animo leniori, minuſque feroci eſſe. *De inſtitutione Principis.*

*Thriueri.* Vt quo vas aliquod profundius, eo plura recipit: Ita tantum vnuſquiſque accipit gratiæ, quantum pollet ſubiecta animi humilitate. *In apoph.* 200.

## ¶ Exempla Biblica.

Humilitatis *exempla:* Agar, *Geneſ.* 16. *verſicul.* 8. 9. Abrahã, 18. 27 & 23. 7. Iacob, 32. 10. & 33. 8. Rachel, Lea, *&c. verſ.* 7. Fratres Ioſeph, 50. 18. Moſes, *Exod.* 3. 11. & 4. 10. *Numer.* 12. 3. Gabaonitæ, *Ioſuæ* 9. 11. Rubenitæ, 22. *verſ.* 21. 22. Iſraelitæ, *Iudic.* 6. 6. Gedeon, *verſicul.* 15. & 8. 2. Ruth, *Ruth* 2. 13. Anna, 1. *Samuel* 1. 16. Saul, 9. 3. & 10. *verſic.* 22. 23. 27. Dauid in Regem alioqui vnctus, 18. 18. 23. & 24. 15. Abigail, 25. 41. Dauid, 26. 20. 2. *Sam.* 7. 18. & 15. 3[…]. & 16. 9. 10. 1. *Paral.* 17. 16. 2. *Paral.* 29. 14. *Pſalm.* 131. 1. Mephiboſ. 2. *Sam.* 9. v. 10. 11. 13. & 19. 27. 28. Salom. 3. *Reg.* 3. 7. Achab, 21. 27. Quinquagenarius Tertius, 4. *Reg.* 1. 13. Naaman, 5. 9. Hazael, 8. 13. Ezechias, 20. 19. 2. *Paral.* 32. 26. Ioſias, 4. *Reg.* 22. 19. Roboam & eius Principes, 2. *Paral.* 12. v. 7. 12. Ioſaphat, 20. 9. Manaſſes, 33. 12. Iob, *Iob.* 1. 20. & 9. 15. Eſaias, *Eſa.* 2[illegible]. *verſicul.* 2. Ieremias, *Ierem.* 1. & 11 19. Ezechiel, *Ezech.* 2. 1. Filii Iſrael, *Iudith,* 4. 8. Eſther, *Eſth.* 14. *ver.* 1. 2. Nabuchodonoſor, *Dan.* 4. *verſicul.* 31. 32. Daniel, 9. *verſicul.* 7. 17. Antiochus, 2. *Macchab.* 9. 12. Magi, *Matthæi* 2. 11. Iohannes Baptiſta, 3. *verſicul.* 11. 19. *Marci* 1. *Lucæ* 3. 16. *Ioannis* 1. 27. *Actor.* 13. 25. Chriſtus, *Eſa.* 537. *Matthæi* 3. 23. & 8. 20. & 11. 29. & 20. 28. *Marci* 10. 45. *Lucæ* 2. 51. & 22. 27. *Ioannis* 6. 15. & 13. 5. Centurio, *Matth.* 8. 8. *Lucæ* 7. *verſ.* 6. Chananæa, *Matthæi* 15. 25. *Marci* 7. 28. Apoſtoli, *Matthæi* 21. *verſ.* 7. Deipara Virgo, *Luc.* 1. 38. Elizabeth, *ver.* 42. 43. Petrus, 5. 8. *Actor.* 3. 12. & 10. 26. Publicanus, *Lucæ* 18. v. 13. Paulus, *Actorum* 9. 6. & 14. 14. & 22. 10. *Romanor.* 15. 30. 1. *Corinth.* 15. *ver.* 8. 9. 2. *Cor.* 1. 11. & 11. 7. & 12. 11. *Epheſ.* 3. 8. *Philip.* 4. 12. 1. *Theſſalon.* 2. 7. 2. *Theſſal.* 3. 1. 1. *Timoth.* 1. 15. Humilitas ſæuitiam mitigat, *Exempla,* Iacob, *Geneſ.* 33. 4. Fratres Ioſeph, 50. *verſ.* 17. 18. 19. Tribus quæ Altare extruxerant, *Ioſuæ* 22. *verſicul.* 21. 22. Gedeon, *Iud.* 8. 2. Abigail, 1. *Samuel.* 25. 24. Dauid, 26. *verſicu.* 18. 21. Mulier ſapiens ex Abela, 2. *Samuel.* 20. 18. Quinquagenarius tertius, 2. *Reg.* 1. v. 13. 14. Eſther, *Eſth.* 7. 2. Humiles tandem exaltabuntur, *Exempla,* Moſes paſtor ouium ſoceri, *Exod.* 3. 1. 1. *Samuel.* 16. 11. *Pſalm.* 78. 70. Eſther, *Eſth.* 2. 15. Publicanus, *Lucæ* 18. 14. Chriſtus, *Philip.* 2. 9.

## ¶ Hieroglyphica.

*Depoſitum genu* humilitatis & ſuperiorem agnoſcentis indicium eſſe, nulli non innotuit. Hinc apud Horat.

*Ius imperiumque Phraates*
*Cæſaris accepit genibus minor.*

*Pier. Val. lib. 35. pag. 339. C.*

## ¶ Fabvlae

Muſca & Formica.

Præferens ſe formicæ muſca, illam abiicere verbis, & ſe extollere. Vide enim, inquit, quanta ſit humilitas tua. Caua loca terrarum incolis: & perpetuo humi reptas, magno cum labore tenuem victum quærens. At meæ alæ in ſublime ferunt, & accipiunt menſæ regiæ auro & argento, ego eadem bibo, delicatiſſimis cibis veſcor, purpuræ incubo. Quin etiam molliſſimas ſæpe genas formoſarum deoſculor. Faſtidoſæ inflatæ opinione fœlicitatis reſpondit formica: Etiam hoc adde, improbitatem tuam inuiſam & odioſam eſſe omnibus: contra te flabella & venena parari. Itemque hoc, modica anni parte durare hanc beatam vitam tuam, dum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſol feruet, hyeme & frigoribus ſtatim occidere. At ego ætate mediocri labore exerceor, vt hyeme quietam & ſecuram vitam degere poſſim.

Fabula hoc ait: Qui quæ vult dicit, ea, quæ non vult, audit, Et hoc: Non eſſe in paruis commodis, ſed ſine magnis incommodis vitam beatam.

Arbores grandes & puſilla.

Inter proceras & grandes & aſpectu pulchras aliquot arbores, vna enata fuerat humilis & contorta, deformiſq; quibuſdam, quaſi gibbis. Ergo hanc illæ deſpicere atq; deridere, mox cum ad ædificiū quoddam materia quæreretur, cæſis aliis omnibus, hæc puſilla & deformis arbuſcula ſola relicta fuit: Tum illa quidem ſtatura atque facie ſua admodum gaudens, quæ ſæpe dolori inter aliarum contemptum ipſi fuerat, intelligebat enim ſe beneficio huius retinere incolumitatem ſuam.

Monet fabula, ne nimis iniquo animo feramus, deeſſe nobis bona illa corporis atque fortunæ, quorum, ſi quis omnia colligat, ſæpius nocuiſſe affluentiam, quam profuiſſe comperietur. *Camp. pag.* 234.

Talpa.

Talpa animal eſt oculis captum: Hoc ad matrem aliquando ſuā, morum video, dixit. Atq; iterum, thuris odor compleuit nares meas. Tertio, ſonitus æris attingit aures, inquit, meas, Cui mater reſpondit, ſe intelligere de dictis non modo ipſum lumine, ſed odoratu etiam atque auditu priuatum eſſe.

Fabula norat glorioſos & Thraſones iſtos, qui dum ſe mirifice oſtendunt & iactitant, in minimis ſæpe deprehenſi redarguuntur *Ioach. Cam. Fab. AEſ. pag.* 102.

---

# Hypocriſis.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

HYpocriſis Græca dictio eſt, *ὑπόκρισις, ιος, ἡ, & ὑποκρίνω*, ſimulo dicitur. Eſt ſimulatio alienæ perſonæ, ideo ſemper eſt peccatum, & eſt vitium iactantiæ, *ſecundum B. Thom. ſecunda Secundæ, q. 3. art. 2.*

Hypocryſis poteſt à nobis dici diſſimulatio, nam ab *ὑπὸ*, quod eſt ſub, & *κρίσις*, iudicium, quaſi ſit iudicii ſubtectio nam aliud in re, aliud in iudicio hominum ſe oſtendit, qui hypocriſi laborat.

Hebr. *Caneph*, à verbo *Canaph*, velatus eſt, nubilus eſt, obſcurus fuit. Hinc Græc. *νέφος*, nubes, *νεφώδης*, nebuloſus, *νεφέλιον*, nebula. Lat. Nebulo. hypocrita ſane inter omnes nebulones, inſignis nebulo, primatum tenet,

Eſt autem hypocriſis ſimulatio alienæ perſonæ, *ὑποκρίνομαι*, ſimulo, ago perſonam, Pauſanias, *ὅθεν ὑποκριταί* dicti hiſtriones mimi, imitatores: Plutarchus, Budæus, in Græcis commentariis: ſimulatores: qui cum intus ſint mali, bonos ſe palam oſtendunt. Nomen hypocritæ translatum eſt à ſpecie eorum, qui ſpectaculis tecta facie incedunt, diſtinguentes vultum cæruleo niueoque colore, & cæteris pigmentis, habentes ſimulachra oris lutea, gypſata, & vario colore diſtincta: nonnunquam colla & manus creta perungentes, vt ad perſonæ colorem peruenirent, & dum populum in ludis agerent, fallerent, modo in ſpecie viri, modo in forma fœminæ, & præſtigiis reliquis.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Hypocrita: Vox hæc proprie de Hiſtrionibus perſonam aliquam in fabula ſuſtinentibus dicitur: poſtea cœpta eſt vſurpari etiam in Theologia, pro ſimulatoribus, qui hiſtrionice aliud haberi volunt, quam ſunt, *Matth.* 6. 1. 2. Hypocrita certo Dei conſilio regnat, *Iob.* 34. 30, Hypocritæ Deo deteſtabiles 13. *Matth.* 6. 22. Hypocritæ quibus ſimiles *Matth.* 23. 27. 33. *Lucæ* 11. 44. bonis permixti, 1. *Ioannis* 2. 19. quomodo tractandi, *Matth.* 3. 5. & 12. 34. 39. & 5. 7. 8. & 16. 4. & 22. 18. & 23. 13. *Lucæ* 3. 7. non exaudiuntur a Deo, *Ioan.* 9. 31. clam nocere ſtudent, *Pſalm.* 12. 3. iram Dei prouocant, *Iob.* 36. 13. Hypocritæ vocantur adulteri, *Matth.* 2. 39. *vbi alluditur ad locum Eſaiæ* 57. 3. Vſitatum enim eſt Scripturæ, adulteros vocare omnes eos, quia vero Dei cultu deficiunt, inter quos præcipui numerandi ſunt hypocritæ.

Hypocritarum conditio miſera, *Iob.* 15. 34 & 27. 8. eorum fiducia inanis, *Ieremiæ* 7. 4. ieiunium quale, & quam abominabile Deo, *Eſaiæ* 58. 3. *Zachariæ* 7. 5. *Matthæi* 6. 16. interitus, 24. 51. mos ſuis impiis factis pietatem prætexere: & leuiculas obſeruationes, rebus ſeriis præferre, *Geneſ* 37. 35. 1. *Regum* 21. 12. *Matth.* 15. *Verſ.* 2. 8. & 16. 3. & 21. 27. 23. *Verſ.* 4. 23. 25. & 27. 6. *Marci* 3. 4. & 6. 26. & 7. 3. & 14. 63. *Lucæ* 6. 2. & 7. *Verſic.* 39. 42. & 12. 56. & 13. *verſic.* 15. 16. & 14. *verſicul.* 34. & 8. 12. & 20. 7. *Ioan.* 5. 10. & 12. 5. & 18. 28. eorum natura deſcribitur, *Pſalm.* 5. 10. orationes eorum, *Eſaiæ* 1. 15. *Matth.* 6. 5. & 23. 14. *Marci* 2. 13. 40. *Lucæ* 20. 47, *Ioan.* 9. 31. tremor, *Eſaiæ* 33. 14. voces, 66. 5. *Ieremiæ* 8. 8. *Ezech.* 33. 30. *Luc.* 13. *Verſ.* 26. 27.

Hypocriſis fugienda eſt, *Iohan.* 15. 34. *Pſalm.* 22. 2. & 34. 14. *Prouerb.* 11. 9. & 16. *ver.* 29. 30. & 23. 7. & 26. 22. & 27. 6. [...] 29. 13. & 32. 6. & 48. 1. & 58. *Verſic.* 2. 5. *Ieremiæ* 5. 2. & [...] 12. 6. *Abac.* 2. 15. 2. *Macchab.* 6. 24. *Matth.* 6. & 2. 16. & [...] 15. *Verſic.* 7. 8. & 16. 3. & 22. 18. & 23. 5. *Marci* 7. *Verſ.* [...] 46. & 11. *verſ.* 39. 40. & 12. *Verſic.* 1. 56. & 13. 15. & [...] 2. 1. & 12. 9. 2. *Corinth.* 4. 2. & 11. 13. *Galat.* 5. 26. *Coloſſ.* [...] 1. 5. & 4. 2. *Timoth.* 3. 5. *Iacobi* 1. 21. & 3. *Verſic.* 13. 17. [...] 1. *Ioannis* 3. 18. *Apocalyp.* 3. 1. Hypocriſis omnibus [...] *Pſalm.* 12. 3.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Innocens contra hypocritam ſuſcitabitur in iudicio [...]

Excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam [...] tuum. *Eſa* 1.

Cum facis eleemoſynam, noli ante te tuba canere [...] critæ faciunt, in ſynagogis & vicis, vt honorificentur [...] *Matth.* 6,

Dum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, Amen dico [...] perunt mercedem ſuam, *ibid.*

Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes [...] enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes [...]

Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo 7.

An quæro hominibus placere? Si hominibus placerem [...] Chriſti non eſſem. *Gala.* 1.

*Hypocriſis prohibitio.*

Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non [...] ris labiis tuis. *Eccl.* 1.

Attendite à fermento Phariſæorum, in quo eſt hypocriſis [...] 12.

*Conditio.*

Omnis hypocrita eſt & nequam. *Eſaia* 9.

Qui dicunt: recede à me, non appropinques mihi, [...] dus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens [...] 65.

Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab [...] *Matth.* 23.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles [...] chris dealbatis, quæ à foris patent hominibus ſpecioſa [...] plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos [...] dem apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis [...] iniquitate, *ibid.*

Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus [...] uit corda veſtra. *Luc* 16.

Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt [...] ſi miniſtri eius tra ſfigurentur, velut miniſtri iuſtitiæ [...] erit ſecundum opera ipſorum, 2. *Cor.* 11.

*Punitio.*

Spes hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua [...] aranearum fiducia eius. *Iob.* 8.

Non enim veniet in conſpectu eius hypocrita 13.

Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit [...] nacula eorum 15.

Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit [...] lum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi [...] in fine perditur, & qui eum viderant dicent: Vbi eſt [...] auolans non inuenietur, 20.

Filii eius atterētur egeſtate, & manus illius reddent [...] ſuum. *ibid.*

Quæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auare rapiat, & liberet [...] animam eius? Nunquid audiet Deus clamorem eius, cum venerit [...] ſuper eum anguſtia? 27.

Ingrediens duas vias. non habebit ſucceſſus. *Eccl.*

Vidi impios ſepultos: qui etiam cum adhuc viuerent [...] ſancto erant: & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum [...] & hoc vanitas eſt. 8.

Væ illis, qui deuorant domos viduarum ſub obtentu [...] rationis, hi accipient prolixius iudicium. *Matth.* 23. & [...]

Partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus [...] dentium. *Matth.* 24.

### ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas [...] quitas eſt ſimulatio. *Aug in Pſal.* 23.

Quiſquis appetit videri, quod non eſt, hypocrita eſt [...] nim iuſtum, nec exhibet: quia totum fructum in laude [...] ponit. *Tractat. de ſer. Domini in monte.*

Quam multos hypocritas ſub habitu monachorum [...] que diſperſit calidiſſimus hoſtis, circumeuntes prouincias [...] petunt, omnes exigunt, aut ſumptus lucroſæ egeſtatis [...] tæ pretium ſanctitatis. *Aug. de oper. Monacho.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... cum cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa vel ſubtrahi vel ... quæ iſto velamine conſecuti ſunt, vel conſequi cupierunt, ... neceſſe, vt appareat vtrum lupus ſit in pelle ouina, an ouis in ... *ſuper Matth.7.*

... plerunque ſub triſti amictu laſciuia, & deformis horror vi... obtegitur, vt ſecreta petulantium tegantur animorū, *Ambr. ... quadam ſer.*

... ſtatum me ſimulo. & aliud eſt in conſcientia, habeo gloriam ... ſed ſupplicia peccatoris, & in ea comparatione duo... malorum: leuius eſt in alium aperte peccare, quam ſimulare & ... ſanctitatem. *Hier. ſuper Eſa. lib.6.*

Qui ſtrepitu labiorum benedicunt Dominum, immunda men... interius contradicunt. *Matth.9.*

Intus Nero, foris Cato, totus ambiguus, monſtrum eſt, velut ... beſtia compacta, ſecundum illud Poeticum:

*Leo pars prima draco media, ipſa chimæra. In quadam ep.*

Quia multi ſimulantes & ficti, ideo difficile inuenitur in quo ... & facies, id eſt operatio atq; doctrina in vno conueniant, quum ... hoc inuenies, da gloriam Deo: quia hoc eius donum eſt. *... ſup.xi.*

Væ peccatori terram ingredienti duabus viis! Duabus quippe ... terram peccator ingreditur, quando & Dei eſt quod opere ex... & mundi, quod per cognitionem quærit, *Greg. l.1. Moral.*

Simon crucem portans nequaquam moriatur: quia omnis hy... corpus quidem per abſtinentiam afficit, ſed tamen per amo... gloriæ mundo viuit, *lib.8. moral.*

... veſtem ex lana linoq; contextam, per lanam ſimpli... per linum ſubtilitas deſignatur. Et nimirum veſtis, quæ ex la... linoque contexitur, linum interius celat lanamque exterius de... Veſtem ergo ex lino lanaq; contextam induit, qui in lo... velatione, qua vtitur, intus ſubtilitatem malitiæ cooperit, ... ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit. *Ibidem.*

Quia cunctis ſuis operibus hypocrita ſperat, niſi reuerentiam ... gloriam laudis, à melioribus metui, ſanctus ab omnibus ... *Ibidem.*

Hypocrita per arrogantiam deprauatur, quum paratior eſt mo... quam corripi. *Ibidem.*

Hypocritæ, qui etiam in peccatis grauiſſimis moriuntur, ſanctos ... putant quia ſanctos ſe reputari æſtimant. Student enim nō ... colere, ſed vitia tolerare. *Ibidem.*

Qualis hypocrita imperitis innoteſcit, talis vult ab omnibus æ..., & paratior eſt mori, quam corripi. Hypocrita quod vitiis eſt ..., quaſi tot ſtercoribus in conſpectu æterni iudicis illius pe... Hypocritarum corda diabolus tacitus tenet, & quaſi ip... ſibi dormit, vbi eos quos poſſidet, quieſcere non permit... *moral.*

Quid eſt vita hypocritæ, niſi quædam viſio phantaſmatis, quæ ... oſtendit in imagine, quod non habet in veritate? *Ibidem.*

Hypocriſis, eſt virtutum ſimulattione clauſum vitium abſcon... arte palliare. *Ibidem.*

Hypocrita in laude poſitus eſt, hunc quiſquam corripere audeat, ... ſua protinus vitam corripientis cæcat, repræhenſum ſe ... iraſcitur, loqui ſibi redarguentem deterior efficitur, ex... in contumeliam ſurgit, bona opera ſua in vſum propriæ ... aſſumit, quod ſolius proprium eſt Dei, ſumit in laudem ſui, ... gloriam. *Ibidem.*

Hypocritæ, quo exterius hominibus placeant, eo ſe interius a... negligunt, totoſque ſe in verbis proximorum fundant, & ... eſſe æſtimant, quia ſic ſe haberi ab hominibus penſant. *li. ... moral.*

Vult hypocrita ſcire diuina eloquia, nec tamen facere: vult do... nec tamen viuere. *lib,15. moral.*

Hypocritæ ante diſtrictum iudicem excuſationem de ignoran... habere non poſſunt, quia dum ante oculos hominum omnem ... ſanctitatis oſtentant, ipſi ſibi ſunt teſtimonium, quia bene ... non ignorant. *lib.16. moral.*

Omnis hypocrita corpus per abſtinentiam afficit, ſed tamen per ... gloriæ mundo viuit. *li.4. moral.*

Hypocritæ pro cauſas Dei intentioni deſeruiunt ſeculi, quia per ... quoque, quæ ſe agere ſancta oſtendunt, non conuerſationem ... hominum, ſed auras fauorum. *libr. vigeſimo primo mo... ral.*

Hypocrita, vt ſine fine crucietur, viuere ſine fine compellitur, vt ... hic mortua fuit in culpa, illic eius mors viuit in pœna. ... lucent quæ facta omnia, nec tamen conſumetur, quia ... & non extinguitur, moritur & viuit, deficit & ſubſiſtit, fi... & ſine fine eſt. *li.2. moral.*

Quid dicturi ſumus, qui iniqua operibus docemus: & ſola voce ... quæ ſunt iuſta, prætendimus? oſſa ieiuniis atteruntur & mente ... corpus deſpectis veſtibus tegitur, & elatione cordis pur... ſuperamus, iacemus in cinere, & excelſa non aſpicimus, do... humilium, duces ſuperbiæ, ouina facie lupinos dentes ab... *In reg.*

Hypocritæ volunt eſſe humiles ſine deſpectu, bene veſtiti ſine ..., delicatæ pacis poſſeſſores ſine labore, aliis detrahentes, mordaces vt canes, doloſi vt vulpes, ſuperbi vt leones, intrinſecus autem lupi rapaces, mellis dulcedinem, id eſt, inanis gloriæ & latentis laſciuiæ, vt vrſi quærentes. Volunt eſſe ſine auctoritate iudices, ſine viſu teſtes, poſtremo falſi accuſatores, & omni veritate carentes. *Bern.*

Serpit hodie putrida tabes hypocriſis per omne corpus eccleſiæ, & quo tolerantius, eo deſperatius, eoque periculoſius quo communis. *ibidem.*

Herodes deuotionem promittit, ſed gladium acuit, & malitiam cordis depingit colore humilitatis: huius perſonam repræſentant hypocritæ, qui dum ficte Deum quærunt, illud nunquam merentur inuenire. *Chryſ. ſuper Matth.2.*

Nulla res ſic exterminat bonum, ſicut ſimulatio, nam malum ſub ſpecie boni celatum, dum non cognoſcitur, non cauetur. *ſuper Matth.7.*

Lupus tectus pelle ouina per vocem cognoſcitur, & peractum ouis balat inclinata deorſum, lupus vlulat contra cœlum, hoc ſuperbiæ, illud humilitatis ſignum, ouis herbam manducat, lupus carnem. *ibidem.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Antholog. Iacob. Billij.

Aduerſus hypocritas.

*Bel orat externe pulcherrimus, vndiq; & ære*
*Tectus: at intus erat nil niſi vile lutum.*
*Qui Curium ſimulat, cum ſit nequiſsimus, illum,*
*Cur ego non Belem iure vocare queam?*
*Bel mihi ſemper erit, qui mitem callidus agnum*
*Finxerit, exuperet cum feritate lupos.*
*Bel erit, externa tumuli qui candidus inſtar,*
*Interitus tantum vile cadauer habet.*

Aduerſus hypocriſin.

*Quid magis eſt vanum, quam iuſti nomen habere,*
*Cum procul a placitis ſit tibi vita Dei?*
*Cumq; lupus, cum ſis Belial, turgeſcere mente:*
*Quod tegat immanem pellis ouina lupum?*
*Nam licet eximia, quod non tua pectora cernat*
*Inſcia turba, virum te probitate putet,*
*Quem capis hinc fructum: qualem, cum ſimia turpis*
*Nobilis eſſe leo dicitur, inde capit.*

Sen. Hipp.

*Vbi vultus ille, & ficta maieſtas viri:*
*Atq; habitus horrens priſca, & antiqua appetens,*
*Morumq; ſenium triſte, & aſpectu graue?*
*O vita fallax! abditos ſenſus geris,*
*Animiſque pulchram turbidis faciem induis.*
*Pudor impudentem celat, audacem quies,*
*Pietas nefandum, vera fallaces probant,*
*Simulantque molles dura.*

Ouid. 11. Met.

*Naſcitur Autolicus furtum ingenioſus ad omne*
*Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis,*
*Candida ne nigris, & de candentibus atra.*

Iuuenalis, 3.

*Cedamus patria, viuat Arturius iſtic,*
*Et Catulus, maneant qui nigrum candida vertant.*

Iuuen Sat. 2.

*Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem*
*Oceanum quoties aliquid de morib audent,*
*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.*
*Loripedem rectus derideat AEthiopem albus.*
*Qui tulerit Gracchos de ſeditione querentes?*
*Quis cælum terris non miſceat. & mare cælo,*
*Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni?*
*Clodius accuſat mœchos: Catilina Cethegum,*
*In tabulam Sylla ſi dicant diſcipuli tres?*

Sert. Sat. 5.

*Pelliculam veterem retines & fronte politus,*
*Aſtutam rapido geſtes ſub pectore vulpem.*

Ex 1. Epigram.

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.
*Odi virum duplicem natum,*
*Bonum ſermonibus, inimicum moribus.*

Iuuenalis Satyra 2.

*Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundat*
*Triſtibus obſcænis: caſtigas turpia cum ſis*
*Inter Socraticos notiſsima foſſa Cynædos.*

Ibidem.

*Hunc ego fatis*
*Imputo, qui morbum vultu inceſſuq; fatetur,*
*Horum ſimplicitas miſerabilis his: furor ipſe*
*Dat veniam, ſed peiores qui talia verbis*
*Herculis inuadunt, & de virtute locuti*
*Clunem agitant.*

Achilles apud Homerum 1. Iliad.

Ἔχθος γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Latine vertebat Amantius.

*Is mihi iuxta inuiſus vt atri limina ditis,*
*Qui verbis aliud prodit, quam mente volutat.*

## ¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Qui fingit ſe amicum, & non eſt, peior eſt eo qui fecit falſam monetam *Ariſt. lib. 9. Ethicorum.*

Compendiaria eſt via ad gloriam, vt qualis quiſq; haberi vult, talis ſit. *Cicero lib. 1. de officiis.*

Aperte enim odiſſe vel amare, eſt magis ingenui, quam fronte occultare ſententiam. *Cicero lib. de Amicitia.*

Simulatio in omni re vitioſa, tollit enim iudicium viri, idq; adulterat, tum ami itiæ repugnat. *Idem.*

Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare potes. Et Troianus equus idcirco ſefellit, quia formam Mineruæ mentitus eſt, dicebat Diogenes philoſophus. *Diogenes Laertius de vita & moribus Philoſoph.*

Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum cultum & vitioſum caput, negligentiorem barbam & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid ad laudem peruerſa vita ſequitur; euita. *Sen. 13 epiſt.*

Quid ſi nos hominum conſuetudini cœperimus excerpere, intus omnia diſſimilia ſint, frons populo noſtra conueniat, non ſplendeat toga, nec ſordeat quidem, non habeamus argentum, in quo ſolius auri cælatura deſcendit, ſed non putemus fragilitatis iudicium auro argentoq; caruiſſe. *Ibidem.*

Nempe propoſitum eſt ſecundum naturam viuere: hoc autem contra naturam eſt, torquere corpus ſuum, & fertiles odiſſe munditias, & ſqualorem appetere, cibis non tantum vilibus vti ſed horridis. *Ibidem.*

Non habemus iſta odorifera, nec emtorem decipimus, nihil inuenturum quum intrauerit, præter illa quæ in fronte ſuſpenſa ſunt. *epiſt. 33.*

Multorum, quæ imbecillia ſunt, latent vitia, inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt Sic tuto ſerpens peſtifer tractatur, dum riget frigore, non deſunt tamen illi venena, ſed torpent: ita multorum crudelitas, luxuria & ambitio: vt paria peſſimus audeat, fauor fortunæ defuit.

Virtutem bona ſequitur fide, qui ſe non exornat, & pingit, ſed idem ſiue ex denunciato videatur, ſiue imparatus, ac ſubito nihil ſimulatio proficit. Veritas in omnem partem ſui ſemper eadem eſt. *epiſt. 10.*

Vis videri ab hominibus, an non? nunquam bonæ honeſtatis eſt longa ſimulatio. Quid de alienis moribus & tuis iudices, multi ſunt obligandi, pauci ſunt offerendi. *ibidem.*

Multo magis ad rem pertinet, qualis tibi, quam qualis aliis videaris. *epiſt. 87.*

Nunquam bona fide vitia manſueſcunt: tigres & leones nunquã feritatem exuunt, aliquando ſubmittunt, & quum minime expectaueris, exaſperatur toruitas mitigata. *ibid.*

Nemo poteſt perſonam fictam diu ferre, ficta in naturam ſuam cito recidunt: quibus autem veritas ſubeſt, vt ita dicam, quæcunq; ex ſolido enaſcuntur in maius meliuſque procedunt. *ad Neronem.*

Malus vbi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus. *in Prouer.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes*, cuidam ſibi placenti, quod leonis exuuio tectus ingrederetur: Non tu deſines, inquit, virtutis ſtragulas pudefacere? indecorum eſſe cenſuit, quod homo mollis, Herculis amictum ſibi vindicaret. Idem dici poteſt iis, qui prodigioſo amictu profitentur vitæ ſanctimoniam, vita non reſpondente. *Diogenis dictum extat apud Laert. l. 6. c. 2.*

*Alexander*, nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus. quod alienam ab omnibus deliciis auſteramq; vitam ageret: Foris, inquit, Antipater albo vtitur pallio, intus vero totus eſt purpureus: Notans fictam illius parſimoniam, quum eſſet alioqui ambitioſiſſimus. *Plut. in reg. & imp. apoph.*

*Fridericus tertius Imperator*, quum audiret quendam dicentẽ, abiturum ſe aliquando in ea loca, in quibus nulli plane hypocritæ eſſent, reſpondit: Vltra Sauromatas ergo, & glacialem oceanum tibi eundum eſt. Sed cum eo veneris, non omnino carebit hypocriſi locus: ſi modo & tu homo non Deus es. Inter mortales enim nemo eſt, qui non ex aliqua parte fictus fucatuſq; ſit.

*Alphonſus*, cum poſt Africanam victoriam in Aenariam inſulam veniſſet, audiens Antonium Picenem, ordinis heremitarum, magnum hypocritam, iactando plurima in Chriſtum & virginem eius matrem, vermiculis acerbiſſimo morbi genere abſumptum, animam expuiſſe, dixiſſe fertur: propterea Deum tantopere in hypocritas ſæuire, quod dum homines decipiunt, interponant Deum ipſum tanquam ſceleris mediatorem. Ideoq; , vt pluri… huc plecti in oculis hominum, quos Dei nomine … telligant mortales à talibus monſtris maxime cauen… Deum ipſum non tantum poſt mortem, ſed etiam … rent indubitatum vltorem. *Antonius Panormitanus … Alphonſi, & AEneas Syluius de eius dictis.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chriſti Saluatoris*: Væ vobis Scribæ & Phariſæi, hyp… ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem … cioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, … tia. Sic & vos foris quidem apparetis hominibus … pleni eſtis fictione & iniquitate. *Mat. 23.*

*Chryſoſtomi*: Sicut ſepulchrum quamdiu clauſum … videtur à foris: ſi autem apertum fuerit, horribile … ſimulatores bonorum, quamdiu non cognoſcuntur … ſunt, cum autem cogniti fuerint, abominabiles … *Matth.*

*Quid prodeſt* meretrici, ſi nomen habeat caſtum … deſt peccatori, ſi ſeruus Dei dicatur. *in 23. Matt. hom. 4…*

*Sicut non* omnes qui Dominum vocant Domini … ciunt Domini voluntatem: Sic non omnes qui in loca … cant Apoſtolos, & Prophetas, & martyres, iam per hoc … res eorum, ſed qui opera eorum imitantur, & fidem … *33. Mat. hom.*

*Nunquam rebus* ſuis iucunde vtitur fœnerator, vel … do habet, ſed quando ſibi fœnus collocatum eſt, … quod additio facta ſit, quam mœret, quod nondum … adæquarunt: ac ideo antequam pernicioſus iſte fœtus … datur, cogitat alium fœtum producere. Ita fœnera … compelluntur, & immaturum ac abortiuum partum … rarum. Tales certe iſti fœtus pecuniarum ſunt, vt magis … animas corrodant, quam illæ feræ aluos parentum … *Hom. 17. in Mat.*

*Hypocryta*, id eſt, hiſtrio vocatur is, qui in theatro … ſumit: vt ſeruus exiſtens, ſæpenumero domini, & p… & in hac vita ad ſuos mores orcheſtras atque theatra … qui alia corde gerentes, alia extrinſecus hominibus … *ſermone de ieiunio.*

*Homo vere* iuſtus ſimilis eſt pulchræ mulieri, nihil … indigenti, ſed naturalem habenti pulchritudinem … ſtus, hypocrita ſimilis eſt meretrici cuidam turpi … multos tamen habenti fucos, nec tamen turpitudinem … re valenti, ſed quando quis propius acceſſerit, magis … obnoxiæ. *Hom. 57 de diuerſis.*

*Sicut plerumque* meretricis vultus cum turpis … eſt per naturam, fucis & coloribus pig… tur ad decipiendos eos qui ignorant, quæ fœditas … illius contegatur: Ita hypocrita, *Homil. 3. Quod nemo … ipſo.*

*Theophylacti*: Smilaci equiparantur, qui charitatem … & complectentes per blanditias proximum … niciem eorum faciant, meditantes. Abſumetur tandem … ipſa à ſeſe: alter enim impoſtor ab altero fraudulenter … *c. 1. Naum.*

*Nazianzeni*: Turpe eſt, vt quis veſtem & victũ elig… didiorem, ſed viliorem genuumque callis, ac … ieiuniis inſuper & vigiliis, in humo præterea dormitan… ac cunctis in rebus humilitatem & propriæ imbecillitatem … tiam oſtendat: in ſermonibus vero de Deo, ſe cuncta … minibus, & plane imperatorem & tyrannum agat, … no cedat, ſed ſupercilia vltra omnes legis doctores … interim humilitas cum gloria ſecuritatem etiam habet. … *ſtia in diſputationibus.*

*Quis magis* ſuperbiam caſtigauit? aut humilitatem … quaquam ficte, aut ſuperficialiter, quemadmodum … philoſophari ſimulant, ac præſtantes videntur: non … erculæ inſipientiſſimæ, quæ cum pulchritudine careant … colorum fucos confugere ſolent, ſuntque (quoniam … debeo) theatrales ornatiſſimæ, propter verecundiam … ſimæ, & propter turpitudinem turpiſſimæ. Humilitas … quam illi in veſtimento ſita erat, ſed in penetralibus … nec ceruicis inflexionem mollem, aut vocis infractionem … tus compoſitionem fictam, vel barbæ denſitatem … capitis colorationem adulterinam, aut inceſſus modum … ſitum, humilitatem eſſe iudicabat: talia enim facile effing… to tamen redarguuntur: nil enim ſimulatum durabile … In orat. *De morte patris ſui.*

*D. Auguſtinus*: Inde ergo lædit, vnde mala facit, … bona dicit. Quid malefacit, non prædicat de cathedra … lædit vnde malefacit, non vnde benedicit. Botrum carpe … caue. Nunquid colligunt de ſpinis vuam, aut de tribulis … botrum carpe, ſpinam caue, quia botrus aliquando de … tis exortus pendet in ſepe, creſcit palmes, inſeritur ſpinis … tat fructum ſpinam non ſuum. Non enim ſpinam …

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…palmes incubuit. Noli interrogare niſi radices. Quære radi… extra inuenies à vite. Quære originem vuæ, vitis hanc … ex radice. Cathedra ergo Moyſi vitis erat, Phariſæorum … ſpinæ erant. Doctrina vero per malos, palmes in ſepe. Bo… inter ſpinas caute lege, ne dum quæris fructum, laceres ma… Et cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. … dicunt, facite: legite vuas: quæ autem faciunt, facere nolite: ca… ſpinas. *In Ioan. tract. 46.*

*…hypocritæ*, ſimulatores, tanquam prænunciatores aliena… perſonarum: ſicut in theatricis fabulis. Non enim quę agit par… Agamemnonis in tragœdia (verbi gratia) ſiue alicuius alterius … hiſtoriam, vel fabulam quæ agitur, pertinentis, vere ipſe eſt, ſed … ſimulatum, & hypocrita dicitur: Sic in Eccleſiis, vel in omni vita … humana, quiſquis ſe vult quod eſt, non eſſe, hypocrita dicitur: Si… … enim iuſtum ſe, & non exhibet, qui totum fructum in laude … hominum ponit. *lib. 2. de ſerm. Domini in mont.*

*…Cypriani:* Hæc eſt vere dementia, non cogitare, nec ſcire quod … fallacia non diu fallunt: noctem tamdiu eſſe, quamdiu illuceſcat … clarificato autem die, & ſole oborto luci tenebras caliginem … & quæ graſſabantur per noctem, latrocinia ceſſare. *lib. 1. epi… …rum ad Cæcilium.*

*…Gregorii:* Struthio volandi ſpeciem habet, ſed vſum volandi non … ita hypocriſis cunctis intuentibus imaginem de re ſanct. ta… … inſinuat, ſed tenere vitam ſanctitatis ignorat. *libro ſeptimo. cap. 1.*

*…ſcirpus & carectum,* ſpeciem viriditatis habent, ſed ad humanos … fructum vtilitatis non habent: ita hypocritarum vita. *In Iobum … cap. 27.*

*…ſpicit ad rapinam* prouocat, qui ſuas eorum notitia diuitias de… … Quouique enim ab æternæ patriæ ſecuritate diſiungimur, … latronum inſidiantium iter ambulamus. Qui ergo in itinere … prædam formidat, abſcondat neceſſe eſt bona quæ portat. *In Io… … lib. 8. c. p. 37.*

*D. Bernardi:* Vt Simon Cyrenæus Chriſti crucem tulit, angaria … non volens; Ita hypocritæ alienum onus pro Chriſto nolentes … opere exequentes foris, quod intus non amant. *In ſerm. de …*

*…Alter & ſapientius* mendici, quam nos, miſericordiam implo… Nam eleemoſynam petentes, non pretioſas veſtes oſtendunt, … nuda membra aut vlcera ſi habuerint, hominum aſpectibus … Nos vero exemplo phariſæi ſi quid boni defecerimus, aut … malum quam alii, Deo veluti exprobramus. *Serm. 4. de ad… …uentu Domini.*

*Carbunculi* ignis & nomen & ſpeciem habent, cum ignem non … vnde & Apyruſtæ: Ita quidem pietatis opinionem & ima… … obtinent, cum à re ſint alieniſſimi. *Plinius li. 36. ca. 5.*

Opalum gemmam indiſcreta ſimilitudine adulterant Indi, ex… … tantum in ſole tantum: Ita virtutes quędam vitia ſic imitan… … difficillimum ſit dignoſcere, niſi ad ſummam lucem profe… … *lib. 37. c. 6.*

*…Roterodami:* Vt vinum dilutius magis prouocat vomitum, quã … aqua ſimplex, vel etiam vinum merum: ita intolerabilior eſt ne… … pietatis ſimulatione condita, quam ſimplex aut aperta mali… *In Simil.*

*Vt camelopardalis* ſiue nabis, collo refert equum, pedibus & cru… … bouem, capite camelum, maculis tigrim aut pardum: Ita qui… … inæquales ſibi varias hominum formas exprimunt ſi cultum … ſanctum aliquem eſſe exiſtimes: ſi orationem audias, ſa… … loqui putes, ſi vitam expendas, nebulonem inuenies, ſi ſcri… … bubulcum. *In Simil.*

*Argentum* cum ſit candidum, nigras tamen ducit lineas, vt ſtan… … quorundam alia ſpecies eſt, alia facta. *In Simil.*

*Vt pharmacopolæ* bracteis aureis tegunt remedia quædam, quo … vendant: Ita quidam lenocinio verborum, nihil ad rem per… … rem commendari putant. *In Simil.*

*…:* Vt breuis admodum mulieris fucatæ gratia eſt: nam habitu populari fucus inæqualiter difflatur, & ipſa facies maculo-ſior redditur: Sic qui ſtatis quibuſdam temporibus meliorem mentiuntur vitæ phantaſiam, continuo in proximis conuenticulis eam ſpeciem amittunt, ac (quod minus expectabatur) magis vitioſi euadunt. *In apoph. 186.*

*Qui moſcho* indulgent: fere iis anima fœtet. Et hypocritæ qui plurimam pietatis ſpeciem exhibent, fere intus fœdiſſime ſordent. *In apoph. 97.*

*Qui infeliciore* forma præditi ſunt, fucum ſibi magis indulgent. Et multi ſunt, qui turpitudinem aut infamiam ſuorum peccatorũ ſola ceremoniarum obſeruatione occultant, ac diſſimulant. *In apopht. 53.*

*Qui in amico* nuſquam omittit officia neceſſaria, duntaxat præterit leuiora, magis accuſatur negligentiæ: Sic plus aliquando minoribus legis operibus excidit, econtrario vero hypocrita leuiorum tantum ſatagit. *In apopht. 65.*

¶ ADAGIA.

Dureus equus. Δούρειος ἵππος, *Dicitur de clandeſtinis inſidiis, aut vbi repente complures apparent, qui latebant antea. Sumptũ ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi repente proſilientes Troiam ceperunt. Eraſm. Chiliad. 4. Cent. 2.*

Salem & fabam. ἅλα καὶ κύαμον. *Subaudiendum, propoſuerunt. Diogenianus admonet dici ſolitum de iis qui fingerent ſe ſcire quippiam quod neſcirent.*

Fleræ ad Nouercæ tumulum. πρὸς τὸν μητρυιᾶς τάφον δακρύειν. *Eſt ſimulare geſtu dolorem, quum re gaudeas.*

Simia in purpura πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. *Lepide transfertur in eos qui barba pallioq; ſimulant ſanctimoniam. Vide infra Simulatio.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Hypocriſis & ſimulationis *exempla*, Ioſeph, *Geneſ.* 42. 7. Ioſuah & omnis Iſrael, *Ioſ. Ver.* 15. 16. Iſraelitæ, *Iudic.* 20. 32. Saul, *Samuel,* 9. 21. Ammon, 1. *Samuel,* 13. 6. Mulier Thecuitis, 14. 6 *& c.* Abſalom. 15. 6. 8. Vxor Ieroboam, 1. *Reg.* 14. 4. Iezabel. 21 9. Giezi, 2. 2. *Regum.* 5. 22. Hoſtes Eccleſiæ Iſraelitarum, *Eſdr.* 42. Sanaballat & Goſſem Arabs. *Nehem.* 6. 2. Patres Iſrael. *Pſalm.* 78. 36. Achaz. *Eſa* 7. 12. Amaſias, *Amos* 7. 12. Herodes Aſcalonita, *Matth.* 2. 8. Scriba, 8. 19. *Luc.* 9. 57. Scribæ & Phariſæi, 38. *&* 14. 9. *&* 15. 2. Phariſæ. & Sadducæi, 16. *Marc.* 8. 11. Phariſæi, *Matth.* 12. 10. *&* 22. *ver.* 16. Scribæ & Phariſæi, 23. 24. Principes Sacerdotum, 26. *Verſ.* 65. *Marci* 14, 63. Iudas Iſcariothes, 63. 49. Principes Sacerdotum & Phariſæi, *Matth.* 27. 6. *Marci* 7. 5. *Luc.* 6. 2. Legiſperitus, 10. 25. Archiſynagogus, 13. 14. 15. Scribæ, 20. 47. Iudas proditor, 12. 5. 6. Iudas cum militibus. *Ioan.* 18. 28. Ananias, *Act.* 5. *&* 2. Simon Magus, 8. 13. 21. Elymas, 13. 10, Demetritus, 19. 27, Ananias Pontifex. 23. 2. 3. qui in Paulum conſpirant, 15. Felix, 24, 26. Synagoga Iudaica, *Apoc.* 3. 9.

¶ HIEROGLYPHICA.

Eucherius *Struthionem* Hypocritæ facit hieroglyphicum, & dictum de Hypocritis ab Eſaia: *Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum:* parit, ſiquidem oua ſtruthio, verum alibi diximus, neq; illa incubatu fouet, neq; pullos nutrit. Ita hypocrita, quamuis recte alios admoneat, & recte faciendi vim addoceat: nullos tamen filios per vllum bene actæ vitæ exemplum generat. *Pier. Val. lib. 25. pag. 231. A.*

*Noctuam* diuinæ literæ menſis inferre non permittunt, quoddã hominum genus hieroglyphice innuẽtes, qui palam ſtrepitum nullum, tumultũ nullum, inſidias nullas mouent: ſic hypocritæ triſtes omnem manſuetudinis, modeſtiæ benignitatiſq; colorem præ ſe ferunt, clam vero fornicationes, immunditias, crapulas, ebrietates, & multa humani generis pprobria conſectantur. *Pier. Val. lib. 20. pag. 190. E.*

*FINIS LIBRI OCTAVI.*

POLYAN-